

П. 64/81

УНИВ. БИБЛИОТЕКА
Ф. И. Бр. 14320

DE IULII VALERII USU PRONOMINUM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AUCTORITATE ET CONSENSU AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM IN ACADEMIA PHILIPPINA
MARPURGENSI ORDINIS AD SUMMOS IN PHILO-
SOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS STENGEL
GREIZENSIS-BORUSSUS



MARPURGI CATTORUM
TYPIS ACADEMICIS IOH. AUG. KOCH
MCMIX

Referente Thodoro Birf dissertatio ab amplissimo philosophorum
ordine adprobata die IV. mensis Novembris a. MCMVIII

MATRI CARISSIMAE
SACRUM

Praefatio.

Cottidiani sermonis usu vocabula ita teruntur, ut eorum forma vocalibus consonantibusve ejectis attenuetur, vis naturalis ac principalis paulatim mutetur, significatio infringatur. Idcirco syllabis suffixi aut praefixi loco additis antiquior vox augetur et amplificatur, vel usus fert, ut voces aliae ex consuetudine loquendi demantur et evanescent, aliae spissius frequententur. Quae ut exemplis demonstrem, de pronominum usu agam respiciens *Iulii Valerii* eum librum, qui inscribitur *Alexandri Polemi res gestae Alexandri Macedonis translatae ex Aesopo Graeco*.

Poemata a Valerio inserta, in quibus metri ratione habita fieri non poterat, ut scriptor plane in suo tantum dicendi genere versaretur, interdum commemoravi, numquam formas vocabulorum in eis allatas ceteris annumeravi.

Quaerenti mihi de Iulio Valerio editio a Bernhardo Kuebler curata ad manum est, in qua collati sunt codices hi:

- 1) Codex *rescriptus Taurinensis* (T) saeculo septimo exaratus litterisque, quas cursivas Romanas dicunt, usus.
- 2) Codex *Ambrosianus* (A) saeculo decimo vel nono scriptus.
- 3) Codex *Parisinus* (P) saeculo tertio decimo exaratus.
- 4) Duo folia codicis *Basileensis* (B) saeculo undecimo scripti.
- 5) *Epitoma Iulii Valerii* ab I. Zacher edita.



Praeterea nuper accesserunt:

- 6) Fragmentum Helmstadiense (H) ab H. Fuchs collatum.¹⁾
7) Epitoma Oxoniensis (O) a G. Cillie edita.²⁾

Haec hactenus. Usus sum his praecipue libris:

- J. Anglade: de latinitate libelli qui inscriptus est Peregrinatio ad loca sancta. Paris 1905.
A. Ausfeld (Kroll): rhein. mus. 61, 636 zu Julius Valerius.
Th. Börr: Der Hiat bei Plautus und die lateinische Aspiration bis zum X. Jhd. n. Chr. Marburg 1901.
F. Blass: Grammatik des neutestamentlichen Griechisch. Göttingen 1896.
R. Blasius: Programm Strassburg (Lyceum) 1876 über Valerius Maximus.
A. Dragoer: historische Syntax der lateinischen Sprache. Leipzig 1878.
A. Ebert: de M. Frontonis syntaxi. Erlangen 1880.
A. Engelbrecht: Wiener Sitzungsberichte, phil.-hist. Klasse 1885, 423 (Claud. Mamert.).
H. Goedzer: grammaticae in Sulpicius Severum observationes, potissimum ad vulgare latum sermonem pertinentes. Paris 1883.
H. Goedzer: étude lexicographique et grammataire de la latinité de St. Jérôme. Paris 1884.
O. Haag: Die Latinität Predegars. Erlangen 1898.
HdR.: Iw. Müller, Handbuch I class. Altertumswissensc. II, 2. 1900.
A. Hoppe: Progr. Lauban 1873 über die Sprache des Philosophen Seneca.
A. Hoppe: Progr. Lauban 1877 über die Sprache des Philosophen Seneca.
H. Hoppe: Stil und Syntax des Tertullian. Leipzig 1903.
A. N. Jannaris: an historical greek Grammar, chiefly of the attic dialect. London 1897.
W. Kalb: Roms Juristen nach ihrer Sprache dargestellt. Leipzig 1890.
E. Klebs: Die Erzählung von Apollonius aus Tyrus. Berlin 1899.
C. Khage: de itinerario Alexandri Magni. Breslau 1861.
A. Koehler: acta Seminarium Erlangensis I, 367.
G. Keerting: Lateinisch-romanesches Wörterbuch. Paderborn 1908.³⁾

1) H. Fuchs, Beiträge zur Alexandersage. Programm, Giessen 1907.

2) G. Cillie, de Juli Valerii epitoma Oxoniensi. Strassburg 1905, optimi illustrationem Cillie auctam brevi locas se datumus esse polluimus.

- H. Kozioł: Stil des L. Apuleius, ein Beitrag zur Geschichte des sog. afrikanischen Lateins. Wien 1872.
J. Ph. Krebs: Antabarbarus der lateinischen Sprache. Basel 1905–08.
bes. v. J. H. Schmalz.
H. Kretschmann: de latinitate L. Apulei Madaurensis. Königsberg 1865.
R. Kuehner: ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache. Hannover 1877.
G. Kvitsala: Sitzungs-Berichte der kaiserl. Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Klasse 65 (1870).
G. Landgraf: Zeitschrift für österreichische Gymnasien 33, 429.
M. Lindsay: Die lateinische Sprache, übersetzt von H. Wohl. Leipzig 1897.
A. Loesnigröm: de syntaxi Sulpici Severi. Upsala 1882.
Meyer-Lübke: Grammatik der romanischen Sprachen. Leipzig 1890–94.
M. Mueller: de Apollinaris Sidonii latinitate. Halle 1888.
F. Naegelsbach: lateinische Stilistik. Nürnberg 1905⁴⁾, besorgt von J. Mueller.
F. Neuwagener: lateinische Formenlehre. Berlin 1892.
J. Obermeier: Programm München 1886 über den Sprachgebrauch des Annaeus Lucanus.
C. Paucker: de latinitate Hieronymi. Berlin 1880.
J. Praun: Bemerkungen zur Syntax des Vitruv. Bamberg 1885.
K. Reisig: lateinische Syntax nach Vorlesungen, neu bearbeitet von J. H. Schmalz u. G. Landgraf. Berlin 1888.
H. Roensch: Itala u. Vulgata, das Sprachidioten der urchristlichen Itala und der katholischen Vulgata unter Berücksichtigung der römischen Volkssprache. Marburg 1869.
H. Roensch: semasiologische Beiträge zum lateinischen Wörterbuch. 3 Hefte. Leipzig 1887–89.
K. Söffl: die lokalen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache mit besonderer Berücksichtigung des afrikanischen Lateins. Erlangen 1882.
F. Stoltz: historische Grammatik der lateinischen Sprache. Leipzig 1894.
P. Thiedmann: Programm Speier 1881 über Sprache und Kritik des lateinischen Apollonius-Romans.
O. Weise: Charakterist. der lateinischen Sprache. Leipzig 1906.
C. Weyman: Sitzungs-Berichte der k. bayr. Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Klasse. München 1893.
G. Woltershoff: historia pronominis ille exemplis demonstrata. Marburg 1907.
H. Ziemer: junggrammatiche Streifzüge im Gebiete der Syntax. Colberg 1883.⁵⁾



Quibus praemissis ad propositum properemus et primum tractentur.

Pronomina possessiva et personalia.

Pronomina possessiva nisi cum vi efferuntur, substantivis non antecedunt et tum solum ponuntur, si quid ad evitandas ambiguitates valent. Tamen in latinitate posteriore has regulas non iam sequuntur scriptores, qui modo pronomen possessivum, etiamsi non desideratur, adhibeant, modo substantivo, ubi non cum vi effertur, anteponant. Quamquam apud nullos scriptores exempla cum regulis grammaticis consentientia deficiunt. Apud Valerium quoque eiusmodi locos plurimos inveni velut: 47, 19 *Darius ipse Alexandro famulo meo iudeo dicoque haec. Mando tibi reverti ad parentes tuos, famulos scilicet meos.* 34, 12 *hanc igitur urbem nominis sui appellatione dignatus.* 134, 9 *quae dicta cum ex natura hominis meum quoque animum attillarent.* 154, 12 *quare vestrae sit facultatis, si quid de bello consultetis.* cf. 73, 4. 79, 24. 117, 19. 160, 23.

Pronomen possessivum si deesset, non desideraremus huiusmodi locis: 29, 24 *veridicentiae isti testis accedo nec labores vestros, quos praetenditis, non adstipulor.* cf. 113, 20. 59, 7 *igitur cum sibi per urbem Abderam transitus foret, obseratis urbis sua claustris Abderitae . . .* cf. 92, 20. 97, 2.

Sine ulla necessitate substantivo antepositum est in his exemplis: 78, 27 *enimvero vos, qui conscientia premere-*

mini, nihil omnino sanctum erga mea obsequia consultantes, quin etiam explorantes idoneum tempus, quo meos *Macedonas infestaretis, id animi prodidistis, quod adversum nos tunc etiam habuissetis, cum patre meo Zakynthios oppugnante auxiliatores diversae parti fueritis.* 47, 25 *pila vero, quod eius congruat cum tua aetatula lusitatio, non haec opera, quam latrocinantium ritu cum tuis similibus es adgressus.* cf. 64, 2. 68, 24 (vide I. 28). Gloriandi causa fortasse additum est *suis:* 38, 11 *uti ex hisce litteris sui nominis perpetitas in urbis partibus celebraretur.* cf. 56, 12. 61, 27. 76, 5. 97, 20; item fortasse p. 78, 27 sqq. v. s.

Pronomen *suis* alii quibusdam pronominiibus, quae ei proxima sunt, attractum est his locis: 21, 12 *habebat tamen Nicolaus ipse, quod sibi de suis viribus polliceretur.* cf. 92, 28. 108, 10. 91, 27 *id enim etsi parum consultum alii videtur regem sui ipsum pro se nuntium fieri.* Hic eadem de causa *suis* verbo nuntium antecedit, quin etiam plane abundat. Nam cf. I. 25.

Aliam excusationem habent ea exempla, in quibus possessivum antepositum inter substantivum et adiectivum collocatum est: 53, 15 *omnem tui iniuriam pro omnem iniuriam tuam.* cf. 86, 11. 146, 28. 147, 10. Tamen aliter quoque collocatur: 102, 14 *iustae indignationi nostrae.*

Ex his exemplis Valerium pronomen possessivum saepius scripsisse quam classicos, qui dicuntur, scriptores elucet; quod idem non valet de eis locis, ubi duo substantiva cum uno solo possessivo coniunguntur: 75, 12 *indignationem vestram et sententias.* 87, 4 *polliciti ac spei meae.* cf. 24, 8. 74, 22. 76, 11. 77, 20. 80, 11. 144, 27. 147, 2. 151, 24.

Tamen alia ex parte similibus exemplis pleonasmus pronomini possessori illustratur: 99, 4 *uti mecum matris quoque et coniugis, ut te dignum est, filiorum quoque nostrorum meminisse non aspernere.* cf. 102, 7. 107, 27.

Interdum denique possessivum bis positum est, ita ut chiasmus, quem dicimus, evadat: 99,24 quod *thesauros suos suaque regna pollicetur*. Et simili modo 102,14. 147,22.

Breviter annexo nonnulla exempla, in quibus coniuncta sunt possessiva cum demonstrativis: 78,15 *adfectus hic meus*. 139,28 *cum hac tua*, *Antigone*, *sapientia!* 146,19 *haec tua tacita indignatio*. cf. 149,9. 146,13 *tua illa famosa prudentia*. 120,11 *inter hasce scientias nostras*. 113,20 *illum ipsum Liberum vestrum*. 118,17 *huiusce discriminis vestri*. 30,3 *ista maturitas vestra*. Nusquam vero *suus sibi pro suus observavi*. Sed haec quidem de collocatione. Iam vero de forma agam.

Occurrit praeter notissimas et ubique usitatas formas una, quae commemoratione digna est, dico vocativum *mi*. Nam haec vox non solum masculina singularis est, sed etiam feminina et pluralis: 90,25 *nate mi*. cf. 145,25. 149,5. 150,11. 156,13. 18,8 *mi rex*. cf. 15,14. 18,23. 102,10. 123,18. 162,24. 157,13 *mater mi*. 11,8 *mi mulier*. cf. 25,17. 19,4 *mi parentes*. At cf. 48,15 *Macedones nostri*. 112,10. Pluralis *mi* exhibetur iam a Plato: Cist. 678 *mi homines*, *mi spectatores*, *facite iudicium si quis vidit*. Et posterioribus temporibus cf. Hier. ep. 22,2. Quamquam feminini generis neque apud priscos neque apud optimos scriptores ullum exemplum extat, tamen posteriores inde ab Apuleio in hanc negligentiam inciderunt: Apul. met. IV, 26 *mi parens*. cf. Neue Wagener II², 366 sqs. Kretschmann 86. Kochler 417.

Praeter simplices pronominum *noster* et *vester* formas fortiores etiam a Valerio usurpatur, *nostras*, *vestras* dico. Quin etiam vetus forma *nostratis* Valerio tribuenda est: 75,9 nam si *Atheniensis Stasagoras aeque quam sacerdos illa templi nostratis est* (= unser Landsmann ist). Haud necessario Ausfeld eam mutari volebat, id quod iam Kroll ibidem repudiavit. 52,3 *nostratis* (= unsere Landsleute).

cf. 128,20. 131,7. *Adiectivum nostras* (= unsrig, heimisch) observavi: 124,9 *ad nostrata corpora*. cf. 137,8. 141,26. 143,16. 53,8 *nos vestratibus similes*. 87,22 *vestratibus armis*.

Nunc de usu syntactico pronominis *suus* disserendum est. Primum quidem pronomen personale *sui* pro possessivo *suus* usurpatur. cf. Hdb. 236. Kuehner II, § 116,2. Draeger I², 471 sq. Reisig III, § 363. Roensch, semas. 50.

Iam Cicero ab hoc dicendi genere non abhorret, eti ratione tantum a communibus omnium regulis recedit. cf. Acad. post. § 42 *principium sui*. Val. Max. I, 2, 9 *spectaculo sui*. cf. Blaum 10. Senec. ep. 9,22 *omnis stultitia laborat fastidio sui*. cf. A. Hoppe 1877, 7. Senec. Herc. Oct. 1216 nam quis dignus necis *Herculeae superest auctor nisi dextra tui*. cf. Ackermann, Philol. X. suppl. 377 sqs. Melzer, Jahresbericht des städtischen Realgymnasiums, Chemnitz 1890, 32, qui his genetivis personam fortius designari quam ipso pronomine possessivo statuit, non tamen argumenta protulit. *Sui* substantivo modo antecedit modo succedit, ut, quid sit discriminis inter *sui* et reliquas formas pronominis *suus*, nullo modo disceptari possit. Pergo in enumerandis aliis scriptoribus: Tac. ann. IV, 24 *primo sui incessu et saepius*. Apul. Apol. 21 (Helm 25,14) *ad usum sui* 82 (91,5). cf. Kretschmann 89. *Tui et vestri* ab eo non esse adhibita testis est Hildebrand ad met. V, 3. Itin. Al. Magn. 17 *sub nomine sui* 25 eqs. cf. Kluge 44. Draegero arbitranti I², 472 postea rursus hunc liberiorem usum paulatim recedere non assentior. cf. quae ex archivo lexicogr. transcribo: tom. V, 496 (Woelflin) Pseud. Cypr. de aleat. 2 *sub cura nostri constituti*. VI, 7 (Woelflin) Florus III, 13 *miseria res publica in exitium sui merces erat*. VII, 480 (Woelflin) Min. Fel. 27,2 *perditionem sui*. IX, 557 (Landgraf) Porphyr. (schol. Horat.) 36,20 *conqueri de iniuria sui*.



Adicio nonnulla exempla ex libris scriptorum ecclesiasticorum et hominum iuris peritissimorum: antecedat Philipp. 2, 12 non ut praesentia mei. cf. Roensch 418. Tertull. Ux. II, 2 ad exemplum sui. cf. H. Hoppe 18. Hier. ep. 127, 8 interim absentiam nostri mutuis solabamur alloquiis et saepissime. cf. Goelzer 318. Ulp. 39, 2. Jul. Paul. ad Pl. 40, 7 natura sui, qui scriptor in ceteris rebus grammaticis accuratissimum se praestat. cf. Kalb 137, qui non male cum hac re comparat genetivum *laetos*. Sed Draeger 1², 471 negat causam huius commutationis repetendam esse e lingua Graeca, sed ex eo, quod genetivus subiectivus et obiectivus inter se vetustissimi quoque temporibus satis separati non essent. cf. Reisig III, adn. 540, cui assentior.

Quoniam satis diu in enumerandis aliorum exemplis versati sumus, ad Valerium recurramus. Apud hunc quoque exempla extant plurima: 9, 20 *Iubentiam sui*, 34, 24 *sustentationem sui*. cf. 46, 14. 51, 5. 62, 28. 91, 28. 92, 2. 94, 6. 98, 3. 105, 16. 114, 22. 121, 13. 157, 21, ubi praeterea sui pro eius usurpatum est. cf. 3, 9. vide infra. 112, 23 *legationem mei*. 48, 3 *nostri numeros*. cf. 53, 4. 53, 15 *omnem tui iniuriam*. cf. 147, 7. 148, 26 *ex praedicatione vestri*. cf. 62, 4. 136, 6. Quae cum ita sint, 92, 28 iam *ipsum sui ignaviae et diffidiente testem esse, sui P* pro suae, quod coniecit Mueller recepitque Kuebler, fortasse retinendum esse censeo, eti satis dure dictum est.

Draeger ostendit commutavisse homines genetivum subiectivum et obiectivum, neque vero ostendit, quid causae fuerit commutantibus. Videor mihi hanc quoque invenisse. cf. Senec. ep. 9, 22. *omnis stultitia laborat fastidio sui*. Hic sui pro suis facillime oriri potuit, cum verba fastidio sui complectantur duplarem sententiam et fastidium suum et fastidium adversum se, quam utramque hoc loco scriptor intelligi voluisse existimo. Apud Valerium quoque tale exemplum adest: 98, 2 *recursabatque eum et captae urbes et subiugatae nationes et aequatio sui ad deorum immor-*

taliū vires. Aequatio sui i. e. aequatio ab ipso Dario effecta simul ad eiusdem Darii personam spectans.

Huc accedunt duo exempla, quae omnino non e confusis inter se genetivis subiectivis atque obiectivis declarationem accipiunt, quorum est alterum hoc: 16, 16 *super regni sui que sollicitus successore, assimilations quadam ortum; nam pronomini suique antecedit regni*. Contra 3, 21 *meam et Philippi congruentiam genetivus sequitur. Similiter 3, 24. 71, 23. Ovidius tamen haec dicit: met. VIII, 777 attonitae dryades damno nemorumque suoque. cf. met. IV, 685. Talis assimilatio adest: Cic. de nat. deor. I, 27 *nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis*. Corn. Nep. Timol. 4, 2 *nihil neque insolens neque gloriosum ex ore eius exit*. cf. Ziemer 75.*

Alterum exemplum est 14, 20 *aliud duco ad similitudinem nostri, aliud vero auctius, quam sit ex nostra natura*. Valerio in animo versabatur structura mei, tui similis, ut *nostri similitudinem scriberet*. cf. Apul. met. VIII, 6 (180, 24 Helm) *ad nostri similitudinem conformatus*. Plaut. mil. 963 *cupiunt tui*, sic legitur ex conjectura, ubi *cupidus tui* multum ad constructionem formandam valuisse nemo negabit. cf. Ter. Hecyr. 142 *nisi cupiens tui*. Ziemer 99. Eadem de causa fortasse quis legerit contra *tuis codicium*, quod satis audacter dictum videatur, 47, 27 *quam latrocinantium ritu cum tui similibus es adgressus*. Tamen obstat 125, 4 *a se modo suisque similibus*.

Praeterea nimirum genetivus obiectivus sui observatur, velut 32, 12 *igitur doctus evidentibus monitis non absque cura sui esse numen illud*. cf. 57, 15. 61, 14. 142, 9. 154, 12 (*vestri*), 15 (*nostri*). Postremo ubi nostri exigimus, alias causas obliquis extat: 75, 14 *omniaque, quae ille in contumeliam nostram fecerit T. nostri AP.* cf. 146, 19. 147, 19 *quam vellem, inquit, o mater, nostrae quoque iniuriae meminisse!* cf. 71, 1.

Sed enim pergamus. Saepenumero refertur a Valerio pronomen reflexivum *suum* ad subiectum «accusativi cum infinitivo», non ad primariae sententiae: 66, 19 respondit *eumque ait magistratu suo protinus deponendum*. cf. 27, 11. 72, 19. 88, 15. 91, 28. 98, 21. 106, 22. 118, 28. Cuius usus causa haec est, quod pronomen *suum* refertur ad eum, qui appellatur vel de quo aliquid narratur. Ad hanc consuetudinem declarandam, cum Latinum exemplum non habeam, liceat Graecum afferre, Soph. Trach. 1124 sq.: ἀλλαγόντως, ταῦτα παρεργήσαμε γάρ αὐτοῖς παρεγόντος οὐκέτι εἴπει; ubi παρεργήσαντο Hercules quasi ex Hylli persona dicit. Alia eiusmodi exempla concessit Schneidewin-Nauck I. Neque tamen solum ad subiectum, sed etiam ad alias verba «accusativi cum infinitivo» *suum* refertur: 58, 29 parique *sese stilo opera sua prosequituros esse promitterent* (*sese* = litteratos, *sua* = Alexandri). 133, 4 namque oriente sole maren illam arborē itemque cursus *sui* meditullium possidente . . . loquacem fieri. 103, 23 regem suum in *sua regia* solitarium opprimunt (*sc.* satrapae). cf. 51, 5. 64, 8. 81, 3.

Praeterea autem multis locis consuetudinem optimorum scriptorum sequitur Valerius: 81, 15 igitur oportere eos navibus derelictis armisque depositis amicitiæ *sua e* (*sc.* Alexandri) potius quam armorum capere experimentum. et 90, 34. 108, 28. 120, 4. 155, 4 et alias.

Illi dicendi generi simillimus est pronominis personalis usus in his exemplis: 3, 19 qui aderant *sibi ex ministerio regali fut arcana sermonem tuto committeret*.¹⁾ 15, 29

1) Illa verba ut arcana sermonem tuto committeret, quae Kuebler inseruit, additamentum sunt codicis Oxoniensis, quod in textum recipi non probbo. Nam epitomatorem Valerii interdum verba commutavisse, cum vel vocabula priscas tantum latinitatis propria vitaret vel additis nonnullis verbis accusativis id, quod Valerius dixit, explicaret, ostendit Gillie in praefationis sue ea parte, quam scripsit de sermonis consuetudine. Sententia loci haec est optima: Olympias mirans opu-

hinc Alexander comperto eo, quod pater *sibi* . . . fuit. cf. 16, 6. 24, 10. 27, 2. 31, 4. 41, 6. 56, 13. 59, 7. 99, 19. Optime haec confusio illustratur hoc exemplo: 51, 19 igitur *sese* (*sc.* satrapas) oportere *eum* (*sc.* Alexandrum) *protinus obviantes compeditum ad sese* (*sc.* Darium) dirigere. Eadem ratione intellegendum puto 13, 15 erat quidem ille ad omnes litteras iam peritus, et *sibi* quisque ludus in puerō imperiale aliiquid fuerat meditamentum = und jedes Spiel war für ihn in seiner Kindheit (= in pueritalia!) eine Vorübung für seinen Herrscherberuf. *sibi* pro *ei* scriptum est, quia *sibi* quisque et similia in Latino sermone saepissime coniungebantur. Ceterum *sibi* pro *ei* vel illi saeculo decimo p. Chr. n. in deliciis habitum est: cf. praef. ad J. Grimm und J. A. Schmeller: lateinische Gedichte des 10. und 11. Jahrhunderts, Hannover 1838.

Quomodo haec consuetudo orta sit, recte mihi Draeger I^o, 76 videtur hoc fere modo explicasse: omnibus fere locis, quamquam oratio obliqua non est, tamen scriptor ita loquitur, quasi sit obliqua. Valerius cogitationes nostras a *sua* revocare vult narratione, conferre eas in ipsum Alexandrum, ut hunc quasi in mente ante nos versantem videamus vel audiamus loquentem.

Haec omnia classicis, quae dicuntur, temporibus fere evitata sunt ideoque apud Ciceronem in prioribus tantum orationibus et in epistulis leguntur; Tacitus non scripsit; a posterioribus tamen scriptoribus hic usus valde propagatur. Hdb. 442. Val. Max. IV, 1, 6 cum *eum cives sui* tamquam *seditiones* apud eos moventem cf. Blaum 9. Senec. de ben. VII, 15, 3 quantum in *se* est. A. Hoppe 1877, 7. Obermeier 14 falso afferit Annaei Lucani haec verba: Phars. V, 805 quae nox *sibi proxima venit*, ubi in editione Franckeniana legitur cum optimis codicibus quae nox *tibi* . . .

lentiam earum rerum, quas Nectanabus prompsit, omnes qui aderant exire libet et dicit: intuere meam et Philippi congruentiam. Nihil sic deest, quod queramus.

item Hosius. Recte tamen IX, 638 quem, qui recto se lumine vidit, passa Medusa mori est. Apul. met. IX, 15 *in suos mores* (= eorum). Kretschmann 89. Tertulliani cf. Val. 20 cur sibi (= ei) quoque ita noluit esse nota, postea quaeram, qui tamen locus ab H. Hoppe 103 non recte citatur, cum in editione ab A. Kroymann in corp. scr. eccl. lat. (vol. 47, p. 199, 12) curata scriptum legamus: *cur se ipsam noluit ei notam.* Sed recte commemorat H. Hoppe: de spect. 28 (vol. 20, p. 27, 1) saginentur eiusmodi dulcibus convivae sui (= eius). Hist. Apoll. mulier ait: consuetudo sibi est, quod exemplum tamen in P tantum extat. Klebs 260. Meliora sunt: 10, 19, 32, 7, 70, 8.

Contrarium huius dicendi generis, quamquam apud alios quidem saepè, non tamen inventur apud Valerium. cf. bell. Afr. 58, 4 *eum pro se. bell.* Hisp. 22, 5 *ei pro sibi.* Koehler 415. cf. Kretschmann 89 ad Apuleium.

Venio nunc ad formas quasdam pronominum personalium. cf. Neue-Wagner II³, 346–366. Utitur Valerius eisdem fere, quibus optimi scriptores, praeterquam quod, ut narrationi suae aliquantum gravitas ac magnificentiae assignet, fortiores adamat formas. Quae res non ita mirabilis est, si Apuleium illum Madaurensem Valerio exemplum fuisse deliberamus, quod optime illustravit Weyman 343 sqs. utriusque scriptoris locutionibus diligentissime accuratissimeque comparatis.

Quamquam *se et sese* pronomina promiscue Valerius adhibet, tamen non dubito, quin, utrum pronomen eius aptius sit dicendi generi, interdum plane cognosci possit, si modo non ipsas formas *se et sese*, sed easdem a praepositionibus quibusdam dependentes consideremus. Aliae enim praepositiones non nisi cum *se*, aliae cum *sese*, aliae cum utraque forma coniunguntur:

ad sese: 9 (ad se: 0) per sese: 2 (per se: 0)
apud se: 1 de se: 2 prae se: 2 pro se: 2
semper secum.

At contra: *in sese* 4, *in se* 1, *a sese* 3, *a se* 6, *inter sese* 1, *inter se* 1; numeravi circiter 81 *se et 63 sese*.

61, 5 enimvero cum vates dei *in se spiratione cessante nihil tale se posse fatetur*. Kuebler adnotat: *se om.* T non respiciens eidem linea duo *se* adesse. Itaque discerni nequit, utrum eorum in T exciderit. Ego malim *dei in spiratio nesse cessante*, quia *spiratio = inspiratio* nusquam inveni. Porro textus in melius est restituendus 6, 29: *quidnam, inquit, o propheta, me fiet ...?* TP. Notissima est locutio *quid me fiet?* (= was wird aus mir werden?) cf. Plaut. Most. 1166 *quid me fiet nunciam?* cf. Lorenz ad Most. 213; similius Cicero quoque scribit: in Verr. act. sec. lib. V, 104 *quid Cleomene fiet?* et saepius. Itaque non est, quod Kuebler cum Muellero *mihi fiet* corrigit.

Pleonasmus pronominis personalis adest huic loco: 40, 24 *nonne, inquit, memineras, Alexander, sacrificantem te cum primum exta sacris inveheres, totius mundi orbis domino eadem te sacravisse eiusque auxilia petivisse?*

Enumeranda sunt nunc singula pronomina personalia: egomet: 112, 22. Apud Ciceronem saepissime extat. cf. etiam Plaut. Amph. 598. Bell. Afr. 54, 3. Claud. Mamert. (corp. scr. eccl. XI, praef. 18, 9).

tute: 50, 23 *istud, quo tute gloriare.* Hic nescio an haec forma Valerio non sit tribuenda. Nam cf. 79, 20 et ego nomine hoc participato *me gloriari gloriatusque sim.* Itaque *se gloriari reflexum* fuit, ut fortasse *tute* in duas partes discordendum sit *tu te*. Tamen ne haec quidem lectio certa est. Nam cf. 153, 27 *si quid hic sexus superatis feminis gloriatur.* Denique 115, 7 *quorun vos divis tuis gloriamenti utramque interpretationem admittit.* Quod in poëmate 41, 25 *tute* Valerius non repudiavit, nil valet, cum versus faciendi causa ea forma facile uti potuerit, quam apud alios ubique legit. cf. Plaut. Poen. 710. Cic. p. Rosc. Am. 28, 76.

tete: 57, 14, 91, 25. Cic. Tusc. II, 26, 63. Apul. apol. 45, apud alios passim.

memet: 25, 20 incerta est lectio: me T memet APO. Huc accedit, quod 99, 2 rursus tibi in T, tibimet in AP legitur; 83, 6, ubi AP tibimet habent, T legi non potest. Valde igitur dubito, an Valerius et memet et tibimet sibi assumpserit. Ceterum tibimet ante eum non occurrit. cf. tamen Claud. Mam. epist. poster. 205, 15.

sibimet: 45, 20. 67, 15. 83, 12. 91, 21. cf. Liv. III, 61, 1. Inde a Sallustio saepè. Claud. Mam. 1, 3 incerta est lectio: Engelbrecht in corp. scr. eccl. XI, 28, 13 sibimet manuscriptorum in sibi semet mutavit. Porro cf. hist. Ap. 12 (22, 3).

tumet: 67, 10. tuimet: 99, 13. suimet: 110, 4. Hae tres formae a Valerio recta via ac ratione compositae sunt; quare in textu manere debent. At forma seapse 76, 26, quae a Neue-Wagener II^o, 366 probatur, nequam servanda est. Nam non modo alio loco non adhibetur, sed ne recta quidem ratione ficta est. Sequor igitur Kueblerum, qui P codicis lectionem reapse praefert. cf. 52, 15 re ab se TP. Ceterum reapse vor notissima est.

Cur Neue-Wagener II^o, 363 formam nosmet Valerio ascriperit (III, 16), nescio, cum neque Mai in editione altera neque Kuebler in editione sua tertii libri capita VII—XVI in textum receperint. Legimus nosmet apud Muellerum (p. 116), qui tamen ipse in editione Pseudo-callisthenis haec dicit (p. 102 adn. ad c. VII.): »quod iam in codice A abrupte interponitur de India et Brachmanibus opusculum fertur τοῦ Παλλαδίου περὶ τῶν ἱδίας ἔθνων καὶ τῶν Βραχμάνων.« Valerius autem nosmet nequam offert. Neue-Wagener si modo ex his capitibus nosmet profert, vosmet quoque adnotare poterat, quod III, 16 exhibetur.

Nunc ubi subiectum pronominum personalium ego, tu, nos, vos ponatur ubique omittatur, explanandum est. Plurimum versatur pronomen in contrario exprimendo,

veluti: ego, non aliis hoc fecit. Refertus est Valerii liber talibus exemplis, velut: 70, 16 nosne ergo Alexandro illi quem dixi, ut Aesches suadet, vitabimus obviare? cf. 2, 20. 50, 28 de quibus quamvis tu, quae visa fuerint, dictatari, ego tamen mihi ut auspicato cuncta . . . profitebor. Similiter cf. 83, 10 uti exemplis eius utare tu quoque. cf. 83, 14. 102, 13. 115, 4. 142, 7.

Emphatice dictum est: 70, 12 deinde illi nos horum tela atque aciem perhorrebitus? 76, 13 Athenienses nos, qui. cf. 71, 32. 76, 16 id vero ego dici turpe Atheniensiibus puto (= ich für meine Person glaube . . .). cf. 87, 21. Similiter: 3, 20 o tu, queso, intuere meam et Philippi congruentiam. cf. 17, 14. 64, 1.

Tamen interdum personale legitur, ubi a classicis, qui dicuntur, scriptoribus non exprimebatur. Quomodo hoc factum sit, ex talibus exemplis optime cognosci potest, in quibus pronomen personale subiectum totius sententiae antepositus est: 4, 16 ego, inquit, somnium si somniabo, non iam te ut mago utar, enimvero dei honore venerabor. cf. Naegelsbach 792.

Tum vero ego aut tu plane abundant: 51, 2 accepi enim habenae scilicet potestatem . . . pilae vero simulamen, quoniam . . . quodque hic tertium est, loculos ego auri . . . accepi. 99, 3 igitur ego per favores tui deos nostrique adversatores queso obsecroque. cf. 87, 3. 70, 3 aut quae te tam infesta caelestium vis in haec verba sollicitat, cum tu suaseris et merito olim . . . persuaseris arma nos sumere . . . at nunc contra, quasi . . . sententias nostras remittendas ac relaxandas putes? Censesne igitur . . . ? cf. 25, 14. 60, 11. 89, 4; 5. 133, 22.

Ex altera parte tamen pronomen, ubi nos ponimus, deest: 50, 14 equidem spero priora esse, quae spondeo, quam quae tu minaris. Ego spondeo fortasse non dixit Valerius, quia equidem antecedit, quo semper fere idem significatur atque ego quidem; v. i.

Ne auctae quidem formae semper recta ratione usurpantur: 91, 20 *somniatque sibi deum Ammonem adstisset omnem habitum, quo deum Mercurium pingi visitur, sibimet porridentem cum his mandatis.* Hic fortasse sibimet discernendis personis inservit (*sibi* = Alexandro, *sibinet* = Ammoni). cf. 25, 20 et 99, 2, ubi manuscripti dissentiant, neque quisquam fortiora pronomina exspectabat. 57, 13 *difficultates tete manent, quod illi quoque Orphei fuit, qui.* Ipsa forma *tete* iam sufficiebat. In ceteris vero exemplis formae suffixo composite habent suum locum, cum ad contrarium designandum valeant. Adsumt 76 exempla pronominum substantivorum, quorum 12 regulis ab omnibus constitutis obstant, et 11 formae auctae, quorum duas non plane excusari possunt.

Quasi per appendicem de particulae *equidem* usu disputare non omittam. cf. Neue Wagener II³, 962. Haec quamquam ex *e*—quidem composita est ut Graecum *—ne* (cf. Brugmann, Grundriss II, 804), tamen scriptores ipsi eam saepe ex *ego*—quidem derivabant, quod semper fere cum prima tantum persona coniunctum est velut apud Ciceronem. Omnibus Valerii locis *equidem* hac significatio exstructum est exceptis duobus, qui contra faciunt: 17, 8 haud *equidem mihi, ait, ut a sapiente ista haec sententia sederit.* 46, 20 *equidem Graecum et imperiale videbatur cum clementia pariter ac iustitia invehi urbem vestram.* Ceterum cf. 12, 1. 15, 18. 19, 4. 20, 26. 22, 8. 29, 23. 50, 14. 67, 28. 72, 18. 86, 5. 89, 7. 107, 19. 118, 16. Quia in licentia Valerius usum ab aliis non paucis receptum secutus est: Apul. de dogm. II, 26; de mundo 27 mundo *equidem* consentiunt. Avien. Arat. II, 639 grandibus haud *equidem* stellis non his tamen atris obscurisque micat. Claud. Mam. (corp. XI, 122, 3) *equidem* indicaverim. 86, 8 *equidem agnoscas.* 24, 18 *talis equidem* paginae stilus. Weyman 378. Engelbrecht. 445.

Pronomina demonstrativa.

1. De *is* et *hic* pronominibus.

Pronomina *is* et *hic* optimis iam latinitatis temporibus tantulum inter se distant, ut eis nonnumquam fere eadem vis inesse videatur. De ea re haec fere constant: maiorem vim demonstrativam *hic* pronomini inesse, minorem pronomini *is*. Demonstratur enim pronomine *hic* res praesens oculisque subiecta sive quasi praesens, id est animo observans atque cogitationi. Excellentissima exempla pronominis *hic* rem praesentem exprimit in Valerii libris haec sunt: 22, 19 *in hoc praesenti certamine.* cf. 57, 12. cf. Kuehner II, § 118. Draeger I¹, § 40. Reisig III, § 206.

Contra pronomine *is* ad rem remotam animus advertitur, quae aut antea commemorata esse aut paulo post sequi solet, quo *hic* quoque spectare potest neque tamen sine propria illa vi demonstrativa. Quo scriptor pronomen demonstrativum referre voluerit, ita ut nulla dubitatio habeat, cognosci saepenumero non potest. *Hic* pronomine aliquid e ceteris rebus effert et demonstratur, cum contra pronomine *is* eleganter distinguatur. Itaque in latinitate posteriore, in qua iam per se dicendi usus magis magisque solitus est a legibus severioribus, praecipue pronominum usum plane esse perturbatum constat.

Pronominis *is* formae *ei*, *ii*, eae in versibus aegre ponit potuerunt, et tanta erat huius pronominis infirmitas, ut nonnulli poetae paene ab hoc pronomine abhorrenter velut Catullus, Horatius, Vergilius, Ovidius, alii. Sed apud omnes fere scriptores posterioris quoque latinitatis prono-

men is rarius scriptum legimus, nisi forte, ubi cum que suffixo coniunctum est; propter minorem eius vim cetera pronomina *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *idem* paulatim locum eius ceperunt. cf. Hdb. 444. Woelflin, arch. XI, 369 sqs. Obermeier 14 sqs.

Tamen formis isque, eaque, idque interitus huius pronominis prohiberi non potuit, retineri verum solum e parte quadam, ut postremo tantum articulus definitus, quem dicimus, inveniatur; tandem sortem patitur pronomen *hic*, quod primum cum *is* commutatur, deinde eodem fere tempore extinguitur. cf. Koerting s. v. *is*, *hic*. Groeber, arch. III, 138; 264 sqs. XI, 369 sqs. XII, 239 sqs. Mich. 7, 20 dabis veritatem *huic Iacobo* (= *et tuus es*). Roensch, 420, 423; semas. 2, 17. Rarius tamen *is* adhibetur. cf. Hdb. 445.

Nunc accedamus ad Valerii usum. Primum quidem, quotiens utrumque pronomen inveniatur, explicabo, tum de eorum usu syntactico, denique de librariorum consuetudine scribendi nonnulla verba faciam:

is: 21 (6 his) ea: 10 id: 147	ii: 3 eae: 4 ea: 18
eius: 152 ei: 25	eorum: 33 earum: 5
eum: 38 eam: 23	eos: 28 eas: 8
eo: 27 ea: 16	eis (dat. et abl.): 5

Formae *ii* et *eae* e Kuebleri editione sumpsi. Omibus autem fere locis h littera in initio vocabulorum est, de qua infra explicatius disputare mihi proposui.

Pronominis *is* formarum non paucae cum que suffixo coniunctae aut aliter auctae sunt:

isque: 4 eaque: 3 idque: 19	eaque (neutr.): 1
eiusque: 11 eiusmodi: 22	eorumque: 3 eosque: 3
eiuscemodi: 5	easque: 3 eisque: 5
eique: 5 eumque: 14 eamque: 6	
eoque: 5 eaque: 3	

eiuse: 3. Forma eisque sola a Valerio exhibetur, numquam simplex forma *eis*.

Cum his formas pronominis *hic* conferas:

hic: 7 haec: 23 hoc: 29	hi: 3 hae: 1 haec: 142
huius: 49 huic: 4	horum: 3 harum: 3
hunc: 27 hanc: 33	hos: 6 has: 8
hoc: 33 hac: 22	his: 169

19, 16 Kuebler, opinor, non recte hoc P contra *haec T* in textum recepit, cum et codicis T lectio per se sit praeferranda neque non conveniat ei, quod scriptor intelligi vult. Accedit, quod a Valerio eo sensu, qui est *folgendes nusquam hoc adhibetur, duodeciens haec*. cf. 107, 16 hoc P *haec TA*, ubi etiam Kuebler *haec* praferendum esse censebat.

Multae pronominis *hic* formae suffixo quodam firmatae sunt vel aliter compositae:

huiusce: 12 huiusmodi: 13 huiuscemodi: 12
harumce: 2 hosce: 4 hasce: 6 hisce: 62
haeccine: 1 hancine: in poëmate (63, 1).
hancque: 109, 12 hique: 38, 22, 124, 8
horumque: 141, 20 hisque: 143, 4.

Sequitur forma uno solo loco codice A tradita; 134, 8 eamque mortem non de externis, enimvero deibus et proximis fore. Sensus obscurissimus est. Quare conicerunt de comitibus Mai² et Mueller, de mea Kuebler pro deibus. Ego vero sustineo de ibus esse retinendum, vel potius de *ibus*, quo pronomine cum maiore vi demonstrativa significatur meis, cf. Plaut. Curc. 506, unde ne veteribus quidem scriptoribus formas *ibus* et *hibus* satis esse distinctas manifestum est. Optime praeterea *hibus* huic loco convenit, cum Alexander de oraculo sibi dato verba faciat; in oraculo autem verba inusitata et præsca atque ab usu cottidiani sermonis iam diu remota dignitatem habent. cf. Cic. de legibus. Itaque Valerium in oraculo

ad augendam corroborandamque discendi gravitatem hibus
scripsisse persuasum habeo. Omnino hunc scriptorem
libentissime in archaismis versari adhibendis non negabit,
qui insperxit Kuebleri verborum et locutionum indicem.
Eligo haec: *mavelis*: 146, 20, 154, 2. *mavelit*: 121, 19.
cf. itin. Al. M. 40. *donicum* et *donec* *promiscue* *utitur*.
fuant: 153, 4 et in itin. Al. M. 110. cf. Kluge 34. *ast*:
144, 1. *magis* et *mage*: utramque formam modo ante
vocalem modo ante consonantem legimus: 55, 12 *mage*
uspiciam. 86, 16 *mage* *contrarium*. 89, 9 *magis omnia*.
82, 21 *magis* *quam*. Ap. Sidon. cf. Mueller 75. Itaque
vellem Kueblerum 58, 31 *magis A mage P codicis A au-*
toritatem secutum esse. De his formis nuperim egit
Niedermann 55.¹⁾ cf. etiam *filiabus*: 55, 4; 22, 99, 21. *deabus*:
156, 17. Neue-Wagener 1^o, 36–42.

Quod attinet ad formas *isque sim.*, nonnulli haud ita
exigui dissensus codicum adsunt aliaque memorabilia descri-
benda sunt. Quare singulas formas enumerare simulque
de dicendi genere Valerii disserere in re esse puto:

isque: 10, 15, 10, 8 enimvero pavens cum in quadam
regiae parte *Philippus sessaret*, in qua ares plurimae
circumferantur, *isque intentus*. Hic abundantia quadam
locutionis Valerium substantivum *Philippus* iterum com-
memoravisse elucet. cf. 79, 5, 103, 15, ubi ne enuntiatio
quidem relativa interposita est. Similiter 116, 25. Draeger I^o,
83. Cato agr. 157, 3 *cancer ater, is olet*. Claud. Quadr.
frg. 7 *Manlius, quem . . . is*. Woelflin, arch. XV, 15.
Sall. Cat. 37, 4 sed urbana plebs, ea vero *praeceps erat*
de multis causis.

eaque: 131, 11, 32, 10 ea ita additum est, ut abundet;
materni vox, quae hic idem valet ac *matris*, illo pronomine
itterfertur. 152, 18 *ut una sit aditicula, eaque vix*
adcolis nota (= und zwar).

1) M. Niedermann und E. Hermann, historische Lautlehre des
Lateinischen. Heidelberg 1907.

idque: passim; afferro tantum 18, 10 *idque mox*
coram . . . *sententia confirmaverit* (*idque* = Alexandrum
nihil indignius factitare). cf. 77, 1, 104, 21, 165, 23 *pleo-*
nasmus ut supra extat.

eiusque: 37, 17 *eiusque nonnihilum impediri opera*
videbantur non minus metu visentium quam religione.
Kuebler *eoque* in *textu* *scribit contra codd. AH*, ubi *eius-*
que; *inuria*. *Eiusque facile* est ad intellegendum et hoc
loco etiam postulandum, cum Kuebleri lectio haud scio an
non consuetudini Valerii respondeat: *eoque . . . metu . . .*
religione. Haud ferenda est haec aspera verborum con-
secutio. *Eiusque genitivus obiectivus* est ex *metu suspensus*
(aus Furch vor ihm), ut etiam conjectura Kuebleri *eiusque*
interventu supersedere possimus. Verba inter se coniungenda
saepenumero, praesertim in tota illa Asiana rhetorica separa-
tari constat: 47, 25 *quod eius congruat cum tua aetatula*
lusitatio. — 127, 24 *quamvis tanta vis sitis eiusque* *desiderii*
homines incessisset. Ausfeld pro *eiusque* *scribit* et *aqua*.
Posit tamen forsitan *elus* esse genitivus possessivus, ut
sensus sit *und des Verlangens*, das er erzeugt. — 36, 24 et
38, 28 *eiusque* *mos*. Hi duo loci consentiunt ita, ut corre-
turam facere audacissimi esset, tamen me haec verba per-
spxisse nego. Surgat mihi aliquis, qui haec explicit! Addendum est 38, 28 H *eoque* pro *eiusque*. 59, 12 *Graeci*
regis eiusque iustissimi (= und zwar); *praeterea legimus*
eiusque: 40, 27, 44, 20, 140, 12, 152, 20, 167, 21.

eique: 4, 21, 10, 20, 138, 16, 166, 11; 25, 167, 15,
167, 28 *e quibus templum constitutus, eique templo*
simulacrum Herculis et Ammonis consecrat. cf. 10, 12
enixa est ovum. *Sed ovum illud*, 8, 28 *agit ergo gratias*
uxor veniae eique, qui sibi spem *elus pollicitus videbatur*,
*prophetae*¹⁾ *Nectanabo* (= die Gattin stattet also ihren

1) Pro *prophetae* habet P *prophetare* omisitque *pollicitus*, quod
Kuebler nescio qua de causa non admovit.

Dank ab für die Verzeihung und dem, der ihr die Hoffnung darauf versprochen zu haben schien, nämlich dem Propheten Nectanabus). Sic fere intellegi vult Kuebler, qui suffixum *que* vocis *eique* manuscriptorum non delevit ut Eberhard, sed servavit.

eumque: passim cf. 7, 2; 6, 14, 25, 24, 11. Nihil monendum est. Idem valet de formis his: *eamque*: 23, 22, 62, 20, 64, 18, 109, 21, 134, 8, 156, 15. *eoque*: 21, 11, 33, 14, 52, 26, 85, 26, 94, 14. *eaque*: 91, 19, 94, 27. *eaque*: 167, 4. *eorumque*: 14, 20, 37, 4, 123, 19. *eosque*: 24, 6 tibi spero ... filios ... proventuros *eosque*, qui *vultibus tuis* respondeant (= tales). cf. 143, 4 *hisque metallis*, ut (= talibus ... ut). Caes. bell. Gall. I, 20, 4 quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturn non sua voluntate factum (is = talis). Convertit Doberent hoc modo: eine so freundschaftliche Stellung. Praeterea cf. 136, 22, 144, 2. *easque*: 15, 6, 90, 20, 154, 8.

eisque: 60, 20, 123, 17, 166, 17, 51, 14 enimvero acceptis Alexandri litteris rex Darius *eisque* gravius et adrogantius motus ad satrapas ... scribit. Haec verborum constructio a Ciceronis usu loquendi longe abhorret. *Eisque* *gravius* ... *motus* quasi in parenthesi videtur esse (= und zwar durch ihn). 46, 28: hunc locum ut adnumerare possimus, textus im melius est restituendus: *his litteris* lectis Tyrrii primates legatos protinus corripi iubent *eisque* *multatis* pergunt exigere tormentis, quisnam eorum ipse Alexander foret. In quibus omnia sunt plana praeter *multatis*. Nam cur legati multarentur, nihil fuit. Itaque ea, quae Kuebler in textu posuit, prava sunt. Ausfeld propositus ex *eisque multis*, duo igitur verba immutare coactus fuit, quod non probbo. Si quis cum cura progradientis narrationis filum evolverit, quod in hoc enuntiato desideramus, animadverteret. Quaerimus aliquid, quod torquento sive torturae antecedere solet: legatos corripiunt

(id est *fesseln*) et verberant et pergunt exigere tormentis. cf. Cic. Phil. XI, 5 verberibus ac tormentis quaestionem habuit. Omnino cf. Pauly (real. enc.) s. v. *verbera*, *tormenta*. Itaque legendum est *eisque mulcatis*. Eodem spectat, quod Pseudocallisthenes narrat: *αγρύπνεις*; δὲ τὰ γέρματα τοῦ βασιλεῖος οἱ πρωτόπολοι αἰτῶν ἐπιχειροναν εἴθεν τοὺς ἀποστάκεντους ἀγγέλους παρὶ Ἀλεξανδρον βασιλεῶς μαστίζεσθαι λέγωντος αὐτοῖς. Sed redeundum est in viam.

Iam de formis *is* pronominis ce suffixo auctis explicatus disseram. Primum mentio fiat formae cuiusdam, quae a Neue-Wagener II³, 389 omnino in enumerandis formis pronominis *is* omissitur, eiuscē dico, quod vocabulum non solum in compositionibus velut *eiuscemodi*, sed etiam ter a Valerio absolute scribi moneo: 124, 23, 132, 24, 165, 8. Omnibus tribus locis lectio certa mihi videtur esse, cum AP consentiant, praeterquam quod P secundum consuetudinem suam semel eius praefert. Codex P emit, ubi vel T vel A vel uterque *ce* offerunt, plurimis locis hoc suffixum abiecit: 20, 23, 32, 7, 60, 26. Omnes eiusmodi locos enumerare longum est; inveni in P 35 *his pro hisce*, 2 hos, 1 harum, 4 has, 1 eius. Neque tamen P in abiendo ce suffixo sibi constat, quandoquidem 4 *hisce* una cum ceteris manuscriptis exhibet. 15, 14 nescio cur Kuebler lectionem T in textum non receperit *huiusce*. Item 59, 24 *hisce* T scribendum est. Necesse est talibus locis optimum codicem sequi, siquidem certae leges statui non possunt. Nam in *eisdem* locutionibus variae occurrent lectiones, cf. 60, 26 *hisce dictis*, 59, 24 *his dictis*. In his formis in *ce* exentibus maximi momenti est id, quod Priscianus dicit XII, 5, 25 et 26 (p. 948).

Iam ad aliud suffixum proprio. Omnes formas, in quibus *c* littera duplicetur, falsas esse neque extare in optimis codicibus solere statuit Neue-Wagener II³, 413; 422, ibique commemorat etiam Valerii locum 26, 24 haecine A, ubi

P codice haec sine commendatur. T tamen, utrum hoc loco legatur an non, e Kuebleri apparatu critico perspicere non potest. Fortasse et silentio concludere licet T cum P consentire, cum Kuebler P sequatur, quamquam e poëmate 63,1 analogiam hancine habebat. Cum formam *hoccē < *hodecē omnium esse unam*, in qua cc suum habet locum, constet fueritque iam apud veteres grammaticos in concessu, paulatim vi analogiae in ceteras quoque formas cc invasit et ab omnibus comprobatum est. cf. Birt, arch. XV. 74. Sed haec hactenus.

Pronominum *is* et *hic* simplices formae atque fortiores quam nihil discriminis habent, praecipue si eiusmodi, eiuscmodi, huiusmodi, huiuscmodi inter se comparantur, elucet. Primum nonnullos contemplari interest locos, ubi memoria librorum non ubique est certa: 14, 5 namque *ut homines videt, in eiuscmodi pabulum saevit T. namque homines edit et in huiuscmodi pabulum saevit P.* Kuebler P recte secutus est, qui meliorem offert sententiam. Equisius haec fere narrat: *in hoc equo, quacumque pulchritudine est praeditus, tamen vitium est magnum, cum homines edat neque saevire desinat, nisi quos lanienae eius obicitis.* Simplex haec narratio est neque quicquam habet absurdii. Peior tamen est sententia in T: *ut homines videt, . . . saevit.* Quod si rectum esset, ne uno quidem temporis momento equus, siquidem semper ab hominibus curabatur, eis usui esse potuisse. Supervacanea igitur omnia fuisse equissi verba, quandoquidem equum ad regem deductum inter homines circumstantes saevientem se gerere necesse erat. Censeo igitur maiorem auctoritatem codici P esse dandam, non tamen plenam, cum forma eiuscmodi, quae aliis quoque locis velut 142, 10. 155, 26 extat, iuxta P huiuscmodi non neglegenda sit. Kuebler ipse 126, 20 eiuscmodi A praetulit lectioni P huiuscmodi. Non raro praeterea fit, ut in formis *eius* et *huius* AT consentiant contra P. cf. 29, 15 eiusmodi TA huiusmodi P

et 157, 26 eius rei A huius rei P. Versa vice 156, 8 huiusmodi A eiusmodi P. Apud optimos scriptores pronomen *is* in *-ce* suffixum exiens inusitatum est et tum demum, cum his et iis, de quibus infra erit agendum, plane commutata sunt inter se, *hisce* et *isce* (*isce*) quoque promiscue adhiberi coeptum est. cf. 75, 1 *hisce* T *isce* A.

Alio modo forma eiuscmodi explicanda esse videtur, de qua cum viri docti taceant, haec propono: ortam esse censeo tum demum, cum eiusmodi et huiusmodi plane inter se perturbatae erant, ita ut postremo ad formam huiuscmodi etiam eiuscmodi per analogiam accederet; tum vero etiam *-modi* illud omittiebatur et huiusce, quod mirabile non est, et ipsum eiusce neminem iam offendebant, praesertim cum illis temporibus formae *isce* (*isce*) consensu omnium comprobatae essent. cf. Hier. ep. 82, 6 nonnullos eiuscmodi clericos. Et Goeler et Paucker senserunt demum inde ab Hieronymo hanc formam occurrere. Frustra eam apud Georgem (Lexicon der lateinischen Wortformen) quæsivi. His locis duce Kueblero eiuscmodi legimus: 126, 20. 133, 17. 142, 10. 155, 26. Praeterea codice P eiuscmodi offertur contra TA 110, 1. Porro 115, 25 *haud dubie cunctabundi ob insolentiam eiusmodi proelii* AP, in O, qui ceterum totum hunc locum ad verbum excrispsit, eiuscmodi legimus. Rara est, ut iam ostendi, haec forma, neque eam O epitomator, qui minus usitata verba non ita adamat, nisi in eo exemplari, quod ad manum habebat, repperisset, certe unquam protulisset. In textum igitur haec forma, mea quidem sententia, recipienda est.

Formas per ce firmatas O modo retinuit, modo reiecit. cf. 154, 28 *hisce* AO *his* P. 156, 14; 18. 157, 10. At 154, 9 *hisce* Valerius, his O. 40. 12. 156, 8. Numquam autem ipse *ce* suffixum addidit. Similiter 38, 5 *huiusmodi* A *huiuscmodi* H. Utrum tamen legendum sit hoc loco, propter brevitetatem fragmenti Helmstadiensis dijudicare non audeo. Addo locum, qui deest apud Neue-Wagner: Tertull. de

anim. 53 (corp. XX, 385, 12) *aliquid de eiusmodi exitu interstruam*. Quamquam duplex est memoria, tamen incerta non est, cum B, editioni ab Ioanne Gagno Parisis a. 1545 emissae, maximè sit praferendus A codex nono saeculo scriptus. cf. praef. edit. p. IX. — 52, 19 non est, quod lectionem codicis T eiusmodi neglegamus. Kuebler cum AP *huiusmodi*. Fortasse denique 44, 24 (*huiusmodi* A *huiuscemodi* P) codici P maior auctoritas attribuenda est.

Similiter ac Vitruvius, qui passim pro *talis* voce *eiusmodi* utitur, Valerius promiscue scribit 6, 18 *ad nuptias tales* et 4, 14 *ad huiuscemodi nuptias*. 31, 26 *talif* responso T, si litteram s post *tali* deleverimus. *Tali* responso AP contra auctoritatem codicis T nihil valet. cf. 33, 1 *tali* responso, 64, 11 *huiusmodi* responsum. Numeravi 38 *talis* et 52 *modi*. cf. Praun 84. Neue-Wagener II², 414 sqs.

Nondum autem eo procedit Valerius, ut his formis absolute utatur coniungatque eas cum praepositionibus: Tert. idol. 16 (corp. XX, 50, 7) in *eiusmodi* fungar. H. Hoppe 106. Hier. Ezech. VI, 18, 5 sqs. cum *huiuscemodi* sit. Goelzer 404. Paucker 80.

Cum adhuc solum pronomina *is* et *hic* promiscue, ut cuique scriptori placuit, usurpata proponere potuerimus, accuratius disputare debemus de eisdem pronominibus ad enuntiata relativa spectantibus. Ut *is* pronomen, ita *hic* quoque inventur apud Ciceronem de or. II, 3, 11 *hoc*, *quod suscepimus*, et apud alios aliis locis, ubi *hic* significat rem per se satis notam, quae tamen enuntiatio relativa denuo explicatur. cf. Kuehner II, § 118 a. 2. Reising III, § 207.

Hae forme ante relativum adhibentur:

<i>is</i> : 7	<i>ea</i> : 2	<i>id</i> : 16	<i>ii</i> : 2	<i>ea</i> : 15
<i>eius</i> : 12	<i>ei</i> : 3			<i>eurum</i> : 5
<i>cum</i> : 5	<i>eam</i> : 4		<i>eos</i> : 13	<i>eas</i> : 2
<i>eo</i> : 7	<i>ea</i> : 4			

Is post enuntiationem relativam scribitur: 4, 26, 34, 1, 45, 20. Numeravi 8 locos. Adiungamus pronominis *hic* ad enuntiata relativa spectantia formas has:

<i>hic</i> : 1	<i>haec</i> : 1	<i>hoc</i> : 4	<i>hi</i> : 1	<i>hae</i> : 1
		<i>huiusmodi</i> : 1		<i>hos</i> : 1
		<i>hunc</i> : 2	<i>hanc</i> : 1	<i>his</i> : 25
		<i>hoc</i> : 2	<i>hac</i> : 1	<i>hisce</i> : 16.

Hic enuntiato relativo postpositum est: 27, 5, 166, 29.

Magnae est admirationi tot locis — scilicet 41 — formas *his* vel *hise* nequam eis vel *is* occurre. Quia in re summi momenti est libros manuscripts inter se comparare, id quod Ziegel¹⁾ respiciens ad multos alias scriptores, non tamen ad hunc Valerium egregia cura praesumpsit. Summam fecit ille vir doctus hanc fere: in libris manuscripts *his* et *eis* (*iis*), *hae* et *eae*, *hi* et *ei* (*ii*), *is* et *his* plane confusa esse. Iam ante illud tempus, quo pronominis *hic* vis demonstrativa omnino immutata est, haec perturbatio incipiebat. Quibus Ziegelli observationibus addam haec ad Valerium pertinentia:

T	A	P	Kuebler
75, 1	<i>hise</i>	<i>isce</i>	<i>hise</i>
98, 26	<i>hise</i>		<i>hise</i>
107, 23	<i>ii</i>	<i>hi</i>	<i>ii</i>
120, 2	<i>hii</i>		<i>ii</i>
116, 5	<i>heae</i>	<i>heae</i>	<i>eae</i>
128, 10	<i>heae</i>	<i>heae</i>	<i>eae</i>
130, 1	<i>eaeque</i>	<i>haeque</i>	<i>eaeque</i>
130, 9	<i>eae</i>	<i>hae</i>	<i>eae</i>
130, 2	<i>hisdem</i>	<i>hisdem</i>	<i>iisdem</i>
69, 18	<i>hae</i>	<i>eaedem</i>	<i>hae</i>

Praeterea cf. in T 3 *his* pro *is* nominativo singulari: 6, 1, 6, 15, 8, 7. Item 159, 19 *his* AP is Kuebler. Ceteri manu-

1) H. Ziegel, de *is* et *hic* pronominibus, quatenus confusa sint apud antiquos. Marburg 1897.

scripti hic illuc pariter incertitudine laborant. cf. 114, 2
124, 17. De *ibus* et *hibus* cf. supra p. 23.

Etiam longius hic usus apud ceteros scriptores serpit, in quibus *heus* et *eius* et ceterae formae pronominum *is* et *hic* in eandem perturbationem incident, quo fit ut apud Claudianum Mamertum, cuius exemplo utor, qui non solum item ac Valerius *hisdem* pro *isidem* ponit (47, 17. 65, 22. 83, 1), sed ne *huiusdem* quidem 137, 5 scribere dubitat, integrum pronomen *hidem* statuere possimus, cf. Birt 122. 157. 259. Engelbrecht 423. 517. Stoltz 51. 292. Lindsay 62.

Quin etiam intra ipsa verba *h* vel positum vel omissum est: 106, 13 superis T super*his* A. 150, 5 *diis* A de *his* P saepius.

11, 2 et *his* quidem in hunc modum interpretamenti sui fidem fecerat apud Philippum. Kuebler, ni fallor, *his* falso interpretatur. Nam omnibus ceteris locis, quibus *his* pro *is* codicibus comprobatur, ille *is* rescrispt. Hoc vero loco *his* ablativus non est; si esset, *his* et in hunc modum idem significarent, et insuper subjectum quaereremus, itaque *his* nominativus est et pro *is* accipiens. Praeterea O is habet. De *his* nom. sgl. cf. Birt, p. 147 adn.

109, 8 *quas* et in illa versura fortunae nihilum triste experiri contendenis et *habitas* pro veteris ac *tui* nominis dignitate nunc etiam regno participes. Sic T, quod non intellego. Ablativum *dignitate* iam Kuebler restituit. Sed ne sic quidem omnia sunt explanata, cum supersint *veteris* ac *tui* ... verba, ut videtur, vix tolerabilia; itaque Ausfeld coniecit *contenderis* et *altius* pro *vexeris* ac ... quam tamen lectionem esse rectam mihi non persuasit. Multo probabilius mihi Birtii conjectura videtur esse haec: *habitas* pro *Persici* ac *tui* nominis *dignitate* (= die von dir gehalten i. e. geschätzts sind gemäß der Würde ...).

His excussis iam revertor ad pronomen *hic* ante relativum positum. Hist. Apoll. semper *hic* qui pro *is* qui

habet. cf. Thielmann 28. Sulp. Sev. I, 7, 6 *his* autem quos ex concubinis suscepserat dona distribuit. Goelzer 89. Hier. adv. Iov. I, 10 *his* autem quos. Goelzer 406. Bened. Nurs. I, 5 *hi* qui. cf. Woelflin, arch. IX, 506. E Valerio adnoto 17, 22 cum igitur pleraque ex *his*, quae in stadem pater largius conferebat.

21, 24 utque in *his* fragilior (sc. fortuna) habeatur, quicumque illa dea vicit tant *nixabundi*? cf. 27, 6. 29, 19. 36, 13. 69, 17.

Aliæ formae praeter *his* et *hische* pro *eis* (*iis*) ante relativum nusquam occurunt. Quibus constitutis nihil est, quod Peter in editione scriptorum historiae Augustae ante relativum semper scriperit is pro *his* librorum.

Paucas quaestiones syntacticas adiungam. Inveni apud Valerium: 2 ad *id* (2, 23. 120, 25), 1 ad *hoc* (108, 4), 39 ad *haec*, unde, utrum pronomen Valerio magis placuerit, facile diiudicari potest. Contrarium valet in *eis*, quae sequuntur:

id est: 89, 20. 99, 29. 157, 21. *hoc* est: nusquam.

ob id: 79, 14. 85, 31. 163, 22. *ob hoc*: 122, 18.

quo—eo: ubique obvium est, *quo—hoc*: 156, 3, 4.

cf. Cic. Rosc. com. 11 *quo* *quisque* est *sollertia*, *hoc* docet *laboriosius*. Arch. XI, 378.

Quo spectant haec quoque exempla: 5, 11 *id* *promissi*. 33, 20 ad *id loci*. 37, 23 *eo loci*. cf. 37, 2. 79, 1. 97, 9. 98, 19 ... saepissime. Omnia haec exempla per se explanata sunt; tamen ad 10, 19. 19, 13. 67, 6. 88, 18 nonnulla verba mihi addenda sunt, praesertim cum Draeger 1², 448 sqs. et 397 sqs. ad *haec* illustranda paucos tantum scriptores afferat nec multa verba faciat. *Id temporis = tunc temporis*; cf. 142, 24 *id tempus* (velut Cic. p. Rosc. Am. 34, 17) et Tert. Marc. IV, 7 in *id temporis* = *in id tempus*; *tunc temporis* deest in Valerii libris, offertur tamen ab Apul. met. XI, 24; sim. Tert. Pall. 4 *tunc locorum*.

Denique etiam apud Valerium 138,4 quod igitur Alexander *id horae somno per diem teneretur.*

Pronomen *hic* in una tantum locutione apud Valerium genetivum regit: 25,2 *quid tandem hoc rei est, quod.* 83,3 *quid hoc tandem rei est, quod.* cf. 118,22. Liv. III, 17,2 *quid hoc rei est?* Ubi vero vocabulum rei deest 93,26 *ecquid, inquit, hoc est, quod iam formulam cognoscimus francogalicam qu' est—ce que c'est?* cf. Sittl 62. Hist. Apoll. 19 (36,1).

Priusquam ad cetera pronomina demonstrativa transeo, duo argumenta affero, quibus pronomen *is* nequaquam ita debile esse ut in ceterorum scriptorum, qui tum viveant, operibus aperte demonstretur: alterum est, quod in sententiis inter se coniungendis is pronomen passim animadvertisimus: 6,12 *mulier . . . cubiculum Nectanabi intrupit. Is et somno excitatus.* 4,8, 10,17, 40,12 multisque aliis locis; alterum vero: 5,23 *si is erit.* 109,11 *quoniam id, Alexander, quod Darius, es,* quibus locis fortiori aliquam formam ut *idem* expectamus. Itaque lectio 32,20 ergo per somnum sic eius (TP) dei adloquio frustra est retinenda nec cum Kueblero in eiusdem corrigenda. Prisca iam haec est consuetudo, quandoquidem testis est Plaut. Amph. 994: *siquid patri volupst, voluptas ea mi multo maximast.* cf. Fredeg. I, 61,12 *perit in ea villa, qua pater suus.* Sed ad aliam rem properemus.

In plerisque libris grammaticis unice a viris doctis comprobatis regulae quedam valent, quae in oratione obliqua vocabulis *hic* et *nunc* locum abjudicant semperque *ille* et *tum* scribi iubent. Quod quam non recte sit iudicatum iam Knoke¹⁾ demonstravit respiciens C. Julii Caesaris bellum Gallicum et civile. Eiusmodi norma, quae apud classicos, qui dicuntur, scriptores paene nullam vim habuit, etiam minus valet in posteriore latinitate.

1) F. Knoke, über *hic* und *nunc* in der oratio obliqua. Progr. Bernburg 1881.

Incipio ab enumerandis omnibus, quae extant, exemplis continens me in orationibus re vera obliquis, plane ut antea Knoke fecit omissis eis sententiis secundariis, quae e cognitione subiecti regentis sunt dictae.

Pronomen *hic* interdum cum enuntiatione relativa sive antecedente sive inseguente coniungitur: 10,31 *pius quidem mortuum, quam id fieri proveniret, cuncta haec, quae praedicta sunt, portendisse.* 27,4 *quippe quem ipse morem petendis pecunias indixisset, hunc a se protinus exactum iri, unque cum his, quae ante dispensa sint, propria quoque, quae sint Persis, Alexandrum petiturum.*

Tum hic ad *accusativum* cum *infinitivo* spectat: 118,32 *sed enim omnem illam causam proelii hanc fuisse, si . . . didicissent, amicitiam suam singulos magis quam vehementer experiri convenire.*

Tum ad orationem directam vel obliquam: 57,21 *haec enim a sese . . . dedicari;* sequitur carmen. 27,2 *haec sibi Alexandrum nuntiare vel dicere: boni consuleret . . .*

Propterea quod Valerius homines vel loquentes inter se facit vel per epistulas communicantes, exempla orationis obliquae non crebra sunt. Itaque figurae quasdam a Knoke allatas velut pronomina *hic*—*ille* inter se opposita frustra quaeras. At saepius *hic* ei inservit significationi, quae ad rem aliquam priore loco descriptam et enarratam ideoque notissimam refertur: 10,24 *filium mox ei fore, qui omnem mundum obiret . . . hunc post ambitum mundani globi* (sic Ausfeld recte). 89,22 *non minus sibi pertaesas esse vaniloquentias et iactantias barbari, quam sperare illum diis quoque infestis haec dicere.* cf. 133,3. 155,7.

Postremo hic ad locum praesentem vel ad tempus praesens refertur: 27,3 *boni consuleret et ab hac petendi consuetudine temperaret.* cf. 37,5. 10,52,19. 118,28.

Superest, ut, quomodo ille Valerius in oratione obliqua usurpet, ostendam. Saepissime legitimus usus invenitur,

velut: 10, 28 ex quo (sc. ovo) cum draco erupisse videatur, post omnem rotunditatis illius ambitum circuisse atque ingredi eo. cf. 37, 1, 7. 51, 23 Darius ad satrapas scribit: *tum fore ut, cum illi* (sc. Alexandro) *praefectus ad observationem disciplinae Persa aliquis comitaretur.* Adde 59, 12. 89, 28, 30. 119, 5, 9. 121, 3. 133, 4.

In tribus tantum exemplis pronomini *ille* respondet pronomeni *hic* vel personale possessivum secundae personae, quae in oratione directa necesse erat scribi: 52, 11 enim respondet *dicibus memoratis, ultra illis spem vitae agendae iam deponendam.* cf. 89, 24. 111, 12.

His absolutis querendum est de particulis nunc et *tum*: 59, 21 *nunc* tamen se velle, respondit, urbem quam confidentissime reserunt. 88, 20 iam pridem quidem se ... nuntiasse, enimvero *nunc* longe auctioribus viribus invassisse partem Persici regni. Particula *tum* oratione obliquae omnino deest. Iam vero, ut breviter, id quod haec disputatione firmatur, complectar, haec statuo: Quia iam optimis scriptoribus semper licebat *hic* et *nunc* vel *ille* et *tum* in oratione obliqua ponere, prout aut ad suam propriam aut ad loquentis personam referri volebant, id eo magis scriptoribus infimae aetatis concedere et largiri debemus. Utri consuetudini autem Valerius faverit, e numero exiguo exemplorum eluet, in quibus *ille* pro alio pronomine orationi directae convenienter adhibitum est. Omnis vero dubitatio dissipatur et evanescit, si particulam *nunc* solam traditam, *tum* a Valerio non usurpatam esse in oratione obliqua videmus.

2. De pronomine *ille*.

ille: 57	illa: 29	illud: 32	illi: 10	illae: 4	illa: 14
illus: 28	illi: 26		illorum: 3	illos: 8	
illum: 24	illam: 20		illas: 2	illis: 16	
illo: 17	illa: 19				
illa ec: 1; ceterae formae ce suffixo auctae plane deficiunt.					

Quod ad syntacticum usum attinet, ad manum habeo dissertationem nuper a Wolterstorff editam, cuius dispositionem in hac opusculi mei parte sequor.

Longe tristissimus est usus pronominis *ille* ad aliquam rem antea iam commemoratam spectantis, et primum quidem refertur ad substantivum certum. Verbis inquit, ait, similibus numquam aliud pronomen apponitur atque substantivum *ille*: 5, 16 *tum addidit ille: praecursor tibi, inquit, dei mox aderit.* Et porro vide 6, 6. 7, 1. 15, 15. 57, 10. 146, 21 alios locos permultos. Interdum ipsum verbum dicendi omitti poterat. cf. 15, 20 *tum ille: cur istaec inquis?* et praeterea 3, 2, 23. 49, 6. 146, 25. In omnibus his exemplis *ille* personam antea nomine proprio appellatam significat. Subiungo nonnulla exempla: 6, 16. 18, 15. 20, 8. 20, 19. 66, 13. 119, 23. 146, 17.

Negue vero semper certum nomen, quod praecedit, supplendum est, sed saepe ex pluribus verbis antecedentibus novam sibi fingit mens auctoris imaginem, quam pronomine demonstrativo revocat, ut his in exemplis: 59, 11 sed legatione Abderitae docent sessi illud non odio contemptive Graeci regis eiusque iustissimi factitare; illud id est, quod obseruat urbis claustris Abderitas Alexandrum non repererant. 65, 1 sed ab eo cum quaereret praeco more solemni, quis esset nomine quemve se civem profiteretur, ut illud ex more praedicaretur ... 67, 5 quippe ut illud melioris spei Alexandro diceretur ... Non extat his locis nisi neutrum tantum genus in unum complectens id quod antea multis verbis descriptum erat.

Ab exemplo 67, 5 *illud melioris spei* ad adjективum *ille* iter non longum est. Primum enim repetitus substantivum aliquod iam antea usurpatum, eique adjективum *ille* adstruitur; cf. 39, 22 videt *templum quoque illuc vetus magnitudinis religiosae ... simulacrumque intrinsecus sedens;* ea vox *templum* p. 40, 5 revocatur in mentem: *Iovis ac Iunonis templum illud fuisse.* cf. 34, 12: 16. 36, 29: 37, 1.

59,7:10 eqs. Liquido appetet haec consuetudo ex his exemplis: 70,6. 71,9. 96,4. 97,23. 98,27. 112,19, in quibus semper eadem illa hostium milia verba leguntur. At protinus fere sequitur substantivum 10,12 ... enixa est ovum. Sed ovum illud ... Adscribatur etiam 160,17 trophyum aureum dependens aedificii de culmine, ad haerebatque illi trophye orbis quidam. Non inhabiliter nec dure haec scripta sunt, ut Wolterstorff censuit p. 23. Nam Valerius certo quodam consilio substantivum antecedens repetit, cum de eo novi aliquid proferre in animo habeat. Hoc non optime solo pronomine fieri potuisse, quandoquidem nimis debilis et obscura demonstratio esset. Confirmando igitur pronomini repetitio substantivis inservit.

Apud pronomen is quoque hunc usum observavi: 161,16 et iuxtam viseres veluti thecam poculum sedecim cubitis erectam, supraque eam thecam congestam ... Similiter Apul. met. I, 2 Thessaliam ... eam Thessaliam petebam, flor. 18 Protagoras qui sophista fuit ... eum Protagoras cf. Vahlen, Herm. 33, 258. Helm in Philol. Suppl. IX, 518.

Porro adiectivum ille non solum cum substantivo antea nominato coniungitur, sed etiam cum aliquo, quod compluribus verbis antea accuratius circumscriptum est. Hunc usum pronominis ille ad complura verba spectantis magis ad adiectivum pertinere quam ad substantivum appetet manifestumque est, cum, si ante substantivum certum non est nominatum, posteriore loco perspicuitatis causa simile quoddam exspectetur atque saepenumero desideretur. Videamus exempla.

Primum refertur adiectivum ille cum substantivo coniunctum ad aliud substantivum, quod praecedit, eadem significacione praeditum: 62, 29 auloedus ille, supra (l. 24) unius tibicinum dictum est. 37, 15 visitur draco quidam terribilis, l. 19 quod cum in aures Alexandri perventum foret,

iubet insequenti sub die, sicubi forte sacra illa belua videtur.

De hac consuetudine derivatur illa, in qua non substantivum solum, sed complura verba extant: 43, 20 enimvero hactenus tibi super civitatis illius conditu dictum habebis. Hae voces longam urbis descriptionem concludunt. 159, 11 quod ergo exim eminus visere esset tellurem quandam sitam velut in medio mari, aestimato longius quam unius diei navigatione separatam, eo navigatione contendimus. Repperimus in illa insula civitatem. cf. 44, 12. 46, 25. 58, 23. 75, 8. 96, 18. 145, 11, ut alia mittam.

In Porphyrius commentario ad Horatium et postea in Gregorii Turonensis scriptis adiectivum ille plerumque cum substantivis locus, regio, tempus, dies etc. coniungitur, quod apud Valerium non inveni. Qui perpetuo varietatem verborum eximiens captat et bis tantum locus (44, 12. 165, 15), bis regio (126, 29. 159, 2), bis denique tempus (66, 8, 11) exhibet.

Usurpat etiam Valerius adiectivum ille, ut duo attributa eiusdem substantivi opponat inter se: 19, 21 et inter haec rursus alias equi eiusdem hinnitus auditur, acutus qui idem ille, sed nihil increpans ad formidinem pristinam. Iam nonnulla mihi addenda sunt verba de hac collocatione quidem ille. Optimi scriptores ille—quidem, sed praferunt, quandoquidem particula quidem nullam propriam vim habens verbo praecedente ille necessario quasi innititur. Iam Draeger 1^o, 83 adnotat hunc usum rarissime occurrere, tamen apud Ciceronem iam inveniti (or. III, 13). Eo magis mirum est, quod Valerius 66, 5 rursus quidem ille scribit: urbem quidem illam operis maxim populi, enimvero regioni intentam Proserpinæ deae. Porro hoc loco pro sed fortior particula enimvero extat, unde appetet formulam ille—quidem, sed posterioribus non iam satis placuisse. 71, 18 Thebanos evertit: non illos quidem inertes aut belli artibus alienos, sed enim frequentibus admodum

discriminibus fatigatos. Rare tamen apud ipsum Ciceronem pro sed alia particula substituta est: cf. or. IX, 30 *ille quidem—tamen.*

Iam vero de pronomine *ille* aliis pronominibus opposito agamus. *Ille* eis pronominibus opponitur, quae primam aut secundam personam exprimunt sive personalia sive demonstrativa.

Primae personae opponitur *ille*: 74, 8 et *quamquam haud dubie profitendum sit nos illius viribus minores longe fuisse.* cf. 76, 12, 18, 83, 7, 147, 11.

Secundae personae opponitur *ille*: 94, 3 quod ergo *magnanimitate illi* (sc. Alexandro) *te* (sc. Darium) quoque parem ducrem. cf. 83, 11.

Etiam pronomini *hic* opponitur *ille*: 72, 18 *puto . . . canes decem solo latratu . . . infestissimis lupis . . . terrori esse, etiamsi in illos dente nil valeant; hic vero quiescentibus . . . ignavissimam bestiam . . . perniciosam . . . esse.* 76, 22 sed *haec omittamus. Ad illa nunc animos adverte, cf. 85, 15, 144, 12. Hic ad proxima verba referuntur.*

Idem usus pronominis *ille* hoc quoque exemplo acute indicatur: 94, 25 *enim et illis molitus tardior et Alexander efficacior fuga erat.* Alexander in antecedentibus prior nominatus erat. Eadem confusionem, quam ne Cicero quidem sprevit, Valerii esse propriam existimo.

Tamen aliis etiam pronominibus apud Valerium substantivum *ille* opponitur: 82, 22 *cuvivis magis quam illi.* cf. 59, 3, 123, 7. *Ille* apprime absentem personam nominare clarius ex eis exemplis patescit, in quibus cum deus notio coniunctum est. Hoc et aliis scriptoribus acceptum fuit et Valerio: cf. 98, 23, 121, 27, 122, 16, 157, 20.

Etiam adiectivum *ille* aliis pronominibus opponitur: 61, 12 *id quidem, quod tu facis, Hercules fecit et illi deus et tu divinitati iam destinatus.* 30, 1 *nam ut illi iuventutis fervor . . . l. 3 at vero ista maturitas vestra.*

In hac satis frequenti oppositione pronominum *ille* apud Valerium nondum ita debilitatum est, ut quis *hic vel quis ille sit, discerni nequeat, velut in versu Juvenalis V, 161 sq.* cf. Wolterstorff 15.

Nunc ad vim determinativam pronominis *ille* illustrandam transeam. Passim substantivum *ille*, quod ad enuntiationem relativam spectat, ad rem tantum nominata vel describendam refertur. Primum nulla cum demonstratione determinatio fit ea, quam Wolterstorff appellat *puram*, hoc loco unico: 153, 20 *haec illa sunt, in quibus impenduntur nostra discrimina.* Demonstratio pronomine haec effectur, voce *illa* determinatio. Significat *illa* fere ea. Tamen saepius simul cum demonstratione determinatio evadit a Wolterstorffio mixta appellata: 6, 5 *videtur illum, quem somno ante praeceperat.* cf. 24, 14, 74, 11, 74, 18, 91, 23, 104, 14, 147, 21.

Progradior ad adiectivum *ille* determinativum. Huic parti inserendos putavi eos locos, quibus *ille*, etsi certiores antea in Valerii libris nominata non est, tamen refertur ad res, quas omnes cognitis habent, ut pronomini *ille* praeter ipsam determinationem demonstratio quaedam insit. De hac re Wolterstorff aliter sentit: 43, 14 *ut ne illis Homeri versibus demutaret, qui sic loquuntur.* cf. 52, 25, 57, 14, 77, 4, 5, 97, 16, 156, 24, 5, 22 *vultus illos, quos iam somno praevidiisti.* Substantivum *vultus* antea non ipsum nominatum est, sed comprehendit multa verba, quibus somni illius persona pluribus describitur. 28, 20 atque ideo *illae* nunc ab Ammone dicta reminiscor, *qua e fune matri tuae . . . dixerant.* Hoc loco *illae* adest, sola quidem forma ce suffixo aucta, tamen sine illa significatio Plauti propria, qua rem ante oculos versari exprimatur. Praeterea cf. 59, 18, 103, 26, 157, 20.

Ab hac disputationis meae parte non multum deflectit substantivum *ille* enuntiato relativo postpositum, quia eo

demonstratur, id quod antecedit in enuntiato relativo, et determinatur accurate: 89,26 *quod ergo adfectus eius eorumque reverentiam spectet, non Dario illud, sed communis humanitatis praestari.*

Raro in Valerii libris pronomen *ille* determinativum alius pronominiis opponitur. Inveni tria exempla: 70, 12 *deinde illi nos horum tela atque aciem perhorrebitimus, qui Xerxae milia averterimus?* *Illi* adicit Valerius, ut *nos . . . qui fortius contra ponatur demonstrativo horum.* Hanc firmandi rationem, qua *ille* ad pronomen personale annexetur, apud poetas tantum occurrit Kuehner auctor est § 118 a. 13.

Simili modo pronomini personali maior vis infertur particula *quidem*: 76, 17 *nos quidem, qui . . .* Adde 45, 16, ubi non grammatica ratione *illi* et *huiuscmodi* inter se opponuntur, sed sensu. cf. 121, 2.

Praeter enuntiations relativas sententiae coniunctionibus quibusdam introductae determinantur. Atque coniungitur *illud quod aut illud ut:* 14, 6 *heu, rex ait, numnam illud in isto (sc. equo) proverbium est, quod semper propter rebus bonis deteriora conflimitant?* cf. 99, 23, 115, 9 *illud vero ridiculum, ut cum te . . . praeferas.* cf. 98, 17.

»Accusativus cum infinitivo« sequitur 44, 9 *cum illa super Nectanabo inscriptione, imperatorem scilicet eum, qui . . . reventurum.* cf. 50, 26, 70, 28. Idem usus pronominiis *is et hic patet ex 68, 30 et 133, 3.*

Postremo vero etiam oratio directa pronomine *ille* praeparatur 50, 17 *nam illud queso te: quorsum tanto opere conquestus es (rh. mus. 65) auri te et argenti opibus aestuare?* cf. 76, 22.

Praecipue in omnibus his locis forma *illud* a Valerio scripta est, semel neutrum plurale *illa* (76, 22), uno denique loco alia pronominis forma determinatio efficitur. Porro promiscue substantivum et adiectivum *ille* usurpata esse

videmus. Praeterea exemplis aliorum pronominum adnotatis, quatenus Valerius varia pronomina demonstrativa in eandem significationem redegerit, satis me declarasse spero. His autem locis determinatio cum demonstratione coniuncta nequaquam occurrit.

Nunc querendum est de pronominis *ille* notione, quae est notissimum. 17, 24 *Zeuxidos cuiusdam, non celebris illius ad pingendum, sed enim.* cf. 146, 13. Numeravi 28 eiusmodi exempla. Pronomen *ille* prope modum non iam sufficisse Valerio videtur ad exprimendam significationem notissimum; itaque fortius id afferre conatus est. 102, 2 *Darius dicit: ex illa regia beatitudine in extremam veni Darius ille miserationem.* cf. 104, 28, 113, 15, 139, 27 *quam vellem, ait, tu ille Alexander foras.* cf. 146, 9, 71, 27 *deinde illum quidem Persen adeo spirantem et confidentem abegimus incensis eius navibus.* cf. 74, 6, 156, 24.

Praeterea comparanda sunt illa pronominis *ille* determinativi exempla, quae supra attuli, modo particula quidem confirmata modo hac voce carentia. Omnibus fere locis adiectivum extat.

In extrema fere dissertationis sua parte Wolterstorff pronomeni *is cum illi* comparat, in qua re accuratius illustranda dicit *ille* pro *is* positum esse, ubi ad rem modo nominatam spectaret, neque opus esset demonstratione. Et primum quidem *ille* in eodem fere enuntiato iuxta *is* scriptum legimus eandem personam vel rem significans. cf. Naegelsbach 402 sqs. 51, 19 *igitur sese oportere eum (sc. Alexandrum) . . . I. 24 cum illi (sc. Alexandro) praefectus.* In initio huius sententiae Alexander pronomine *is*, paulo post pronomine *ille* significatur. Hoc certe factum est, quia *is* secundo loco debilius esse Valerio visum est, quamquam in verbis intermissis semper de Alexandre agitur, ambiguitas igitur oriens non potuit. Tamen in hoc enuntiato cetera quoque pronomina summa cum licentia a

Valerio tractantur, cum modo de suo loco modo de satrapum, modo de Darii loquatur, ut commutatio, quae est inter *ille* et *is*, miri nihil habeat; vide supra. 82, 19 denique pudorem suum haud dubie fatebatur, quod *ei* viro pilam hanenamque misisset, quae cuivis magis quam *illi* ad virtutum meritum iuxta essent.

Ille Valerius pronomini is praetulit, ut contrarium satis forte evaderet. At non solum in pronominibus opponendis vel ubi *is* ante positum repetendum fuit *ille* pro *is* substitutur, sed etiam in talibus exemplis, in quibus Valerii consuetudo etiam pronomeni is admittebat; 105, 9 filiam vero Roxanen . . . *tibi* . . . in manum do quaesoque eam dignam coniugio tuo censeas. Erit enim *illi* ad solatium largiter.

Porro pronominis forma omnino non antecedit 7, 14 superveniente (sc. deum quandam) Olympiadi coniugi meae seque *illi* nuptiis miscuisse. cf. 29, 1, 33, 3, 93, 13, 95, 27, 105, 19, 124, 12, 133, 25, 141, 18, 164, 8.

Exemplorum certe collationem sat numerosam exhibui-
mus. Eorum agmen nunc ita concludimus, ut Valerii usum cum aliorum consuetudine componamus. cf. Wolters-
torff 70 sqs.

Formam *illlic* (*illaec*) semel tantum inveni, ubi tamen nihil priscae significationis superest, quae erat *is* qui ante oculos versatur. In orationibus *ille* hanc significationem assumpsit. Ceterum in historia et narratione dixito monstrari non solet. Itaque saepius *ille* ad res ante nominatas respicit. Substantivum *ille* ad certum substantivum, quod praecedit, spectat 77^{mo}, in quibus exemplis tamen 25^{mo} tales locutiones inveniuntur velut *tum illle*, *at illle*, *ad haec illle*, similes, [inter 310 exempla pronominis *ille* omnino 118 nominati-
vum singularem et 28 nominativum pluralem praebent!], adiectivi *ille* concessi 43 exempla. Ad rem verbis anteceden-
tibus circumscriptam refertur substantivum *ille* bis, adiectivum 78^{mo}. Pura determinatio sententiae relativae obvia est 9^{mo}, mixta 18^{mo}, determinatio aliorum enuntiatorum

adest 7^{mo}. Quod Wolterstorff dicit notione notissimum pronomeni *ille* in sermone cotidiano raro praeditum esse, id Valerii libris non confirmatur, cum non minus quam 28 eius generis exempla se obtulerint. *Ille* = *is* denique 13 exemplis legi.

Quo crebrius vocabulum aliquod adhibetur estque in ore loquentium, eo magis eius debilitantur et significatio et forma. Itaque pronomeni *ille*, quippe quod apud Valerium ca 310^{ies} usurpetur, facillime antiquam suam vim perdere et in *is* pronominis locum substitui potuit.

Undique igitur argumenta confluent, quibus compre-
betur Valerium maxime operam dare, ut verbis suis ali-
quantum inferat gravitas et perspicuitatis. Quo factum
est, ut *ille* pronomini antiqua vis paulum diminuatur.
Quod vero apud alios *ille* nonnumquam ipsis articuli,
quem vocant, munus suscipit (Roensch, semas. 2, 19) velut
apud Gregorium, eius rei Valerius exemplum nullum ex-
hibet. Porro frustra iuncturam quaeres *ille qualis* (= le quel).

De duabus lectionibus submoneam etiam paucissimis:
19, 28 quod ubi infinitus est Alexander, fuisse *illi* antehac tam truculentum officium edendi homines demiratur. *illi* T in *illo* P, quem Kuebler sequitur codicem. *Illi*, nisi 14, 4 plane despicer volumus, locum suum habere concedamus necesse est. Dicuntur 14, 4 haec: *sed est ei vitium beluisse*. Eadem ratione 100, 23. Etiam si 14, 4 sunt in hoc equo talia Valerius construxit, tamen 19, 28 eadem constructio ex P recipienda non est; nam T codicis lectio ipsa quoque habet, quo defendi possit. — 74, 14 in T *illo* pro *illi* legitur, fortasse recte, quandoquidem uno quoque pro unius 136, 9 adhibetur, de quo infra locuturus sum.

3. De pronomine *iste*.

Grammatica compendia, velut Kuehner II, 453 a, 3 Hdb. 444. Draeger I², 87. Reisig III, § 209, pronominis

iste hic illuc obiter tantum tangunt historiam. Primus conatus est eam accurate exemplis demonstrare C. Meader, cuius operis conspectum praebet locupletem Woelflin, arch. XI, 382 sqs.

Apud priscos scriptores iste constanter spectare ad alteram personam Bach¹⁾ auctor est p. 211. Plaut. Amph. 348 *ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam*. Vergilius quoque iste cum secunda sola persona conectit. Iam inde a classicis, qui dicuntur, scriptoribus mutationis initium hoc est, cf. Woelflin I. I.: Zuerst wurde in Gerichtsverhandlungen iste auf den Gegner bezogen und selbstverständlich nicht in lobendem Sinne; dann blieb diese Bedeutung stehen, aber nicht in notwendiger Beziehung auf eine zweite Person; schliesslich wurde es gesetzt ohne verächtliche Nebenbedeutung und ohne an eine Anrede gebunden zu sein.

Nonnulla exempla hoc doceant. Primus debilitationis gradus quadamtenus inde cognosci potest, quod *tuis* pronomeni vel aliud, quo secunda persona exprimitur, formis adicitur pronominis *iste*: Plaut. Amph. 285 *ego pol te istis tuis pro dictis*. Cic. de or. III, 11, 42 *me autem tuus sonus et suavitas ista delectat*. Apul. flor. IX *tua ista gravitas*.

Secundae personae significatio a Valerio Maximo plane removetur a pronomine *iste ita*, ut contempnendi vis in miserendi vel adeo laudandi traducatur: IX, 14, 1 *ista quaestio* (diese heikle Frage) in ambiguo versatur.

Omnino *iste* magis ad *hic* quam ad *ille* pronominis significationem se vertit. Sic *iste* pro *hic* substituitur in formula *hic—ille*: Val. Max. III, 8, 2 *ista* (die eben angeführten Beispiele) *severitatis, illa* (die H. Beispiele) vero *pietatis*. Martial. IV, 49, 10 *laudent illa* (sc. Graecorum)

1) L. Bach, de usu pronominum demonstrativorum apud priscos scriptores latinos. Studemund Studien II, Berlin 1891.

opera, sed *ista* (epigrammata mea) legunt. Tert. Ux. I, 8. Amm. Marc. XVI, 12, 17. Facillime deprehenditur hic transitus in versionibus Latinis ex Graecis scriptoribus factis.

Pronomen *iste* etiam pro *is* stare Woelflinum I. 1. effugit. Obermeier 15 ad Lucanum adnotat *iste* cetera pronomina demonstrativa submovere. Tert. Marc. IV, 1 qui disposuit demutationem, *iste (is)* institut et diversitatem. H. Hoppe 104/5. Goelzer, Sulp. 89 haec dicit: nescientes quid valeat *is*, quid *hic*, quid *ille*, quid *iste* sequioris aevi scriptores nullum iam discrimen servant.

Iam in Valerium animum retro vertamus. Castigate nonnulla praemitto, quae in ceteris operibus frustra quaesivi, de frequenti et forma:

iste: 2	ista: 14	istud: 18	istae: 5	ista: 13
istius: 4	(modi: 1)	isti: 5	istos: 1	istas: 1
istum: 2	istam: 4		ista haec, isthaec, istaec: 6.	
isto: 5	ista: 3			

Iste ad enuntiationem relativam spectans 17 exemplis est traditum, quorum nimurum neutrum genus creberimum extat.

Iam vero de formis *ista haec, isthaec, istaec* paulo copiosius disserendum est. Hae tres formae interdum modo in T, modo in A, modo in P inveniuntur, ut, quae lectio in textu ponenda sit, primo obtutu sit incertum. Adsunt: 2, 24, 15, 21, 17, 9, 19, 9, 80, 10, 99, 25. Forma *istae* plane est nota. cf. Neue-Wagener II⁸, 398, 401. Quod *ista* in P pro *istae* traditur, non miratur, cum P eiusmodi suffixa non ita anxie conservare solere supra p. 27 exposuerim. Quod vero ad *isthaec* attinet formam, Priscianus (II, 45) haec fere dicit: »secundae syllabae principalis non aspiraretur vocalis, si terminalis consonans praepositionis in eam transiret. Littera h quamquam etymologice spuria est, tamen in textu retinendam esse cum magna necessitate vi consecutarium est.

Isthac porro praeposta distractione in *ista haec* commutata est. cf. Birt 133, qui et Iulii Valerii locum attulit et talia iam III saec. vel adeo iam ante III saec. usu recepta esse docuit. Varr. r. r. I, 38, 2. Claud. Mam. 107, 25. 173, 13 *ista haec*, quod apud Neue-Wagener omissum est. Engelbrecht 530. Exinde quaestiucula suscitatur ad singulos locos pertinens:

T	2 isthaec	3 ista haec	1 istaec
A		1 " "	
P		2 " " 1 " 2 ista.	

Kuebler formam *isthaec* et textu plane reiciendam existimat, quamquam T bis hanc lectionem ostendit. Qua in re insuper non sibi constat, sed 15, 21 pro *isthaec* T substituit *istaec*, at 17, 9 pro *isthaec* T *ista haec* scribit. Ceterum recte manuscripts duces habuit. Aliis eius modi formis Valerius non utitur. cf. Engelbrecht 519 *istiuſe*.

Item Valerius metaplasmo dative *isto*, *istae* abstinet, qui neque a Plauto respuebatur neque Apuleio acceptus non erat: Truc. 790; met. V, 31. VI, 17.

Porro *istum*, ut neutrum genus, plane repudiat. cf. Lucas 23, 48 *ad spectaculum istum*. Roensch 276.

Venio nunc ad pronominis *iste* usum syntacticum. Tritissimum est *iste* cum secunda persona coniunctum (numeravi ca 30 locos). 21, 20 *Alexander* refert: *istam arrogantium non probol*! cf. 50, 9, 23. 29, 24. 45, 10. 89, 6. 139, 12. 154, 27. 156, 14.

Porro *iste* pronomine aliquid vituperatur et reprehenditur a Valerio aut rem contemni exprimitur. 70, 26 *praeludit exitium is*, a quo praeſentē nobis humanitatem *istam* et amicitiam hariolamini. Item 71, 6. 112, 25. 114, 10.

Transit iam *iste* ad debilitationem quandam, ut ex additamento pronominis secundae personae cognoscimus: 17, 14 *have*, *inquit*, *sane tu rex profecto mundane cum isto prudentiae tua e pignore!* 30, 3 *ista* maturitas *vestra*.

102, 24 *at enim tibi privum munus istud habebis*. 150, 18 *iure, inquit, ista tibi sperare convenit*.

Iam vero ad iste eodem modo etiam pronomen primae personae adicitur: 2, 24 *ista haec nostra vaticinandi scientia*, quod eo facilius fuit, quia in *ista haec* ipsum haec inesse videbatur.

Iste in hic pronominis significationem transire clarissime inde apparet, ubi *iste—ille* opponuntur inter se: 30, 1 nam *ut ille iuuentutis fervor* ad *audaciam promptior*, ita *inconsilior ad cautionem*, ac si *corum boni coepitus plerunque malos eventus reperiunt*. *At vero ista maturitas vestra etiam arduis quibusque felices exitus parit*.

Praeterea iste = hic ponitur 6, 31 *si adveniens Philip-* *pus cum isto me onere deprehendat*. cf. 58, 21. 78, 18. 102, 17. 103, 4: 6. 107, 25. 112, 14. 122, 23: 25. 152, 7.

Valerius, postquam rem aliquam pronomine *iste* designavit, pergit in eadem re *hic* pronomine pluribus explicanda: 161, 14 *sic ista (sc. lyrae facie) etiam ad canendum uti solent*; *nam et sponte plerunque spiritu tactam canere hanc lyram noverant*.

Tum pronomen *iste* idem significat atque *ille*, *is*: 67, 3 *nam cuncta ista*, quaeque hominibus divinitus *praenosuntur*, *colligi conjecturis argumentisque praenosci diis* sedet. 106, 11 *etenim diis ista sententia est*, *quam exequi mortalibus sit necesse*. 67, 11 *igitur quod ista vestis ab opere laboris pausam haberet*. *Ista = illa vestis*, cuius est supra facta mentio. 114, 14 *sicut enim ista e ferae bestiae*, quae apud ipsos sunt plurimae. *Istae = illae antea nominatae*.

Non semper nimirum diiudicari potest, utrum *iste* pro *an pro ille (hic)* sit positum: 64, 25 *denique tria ista certamina idem profitetur et subit*. 124, 6 *enimvero quod istum colunt hominum nescias invisitatus an inauditius genus*. cf. 156, 3. 159, 22. 161, 4.

Clarius patet, pro quo pronomine iste adhibitum sit, eis locis, quibus is antecedit: 7, 1 *opitulabitur enim Ammon ei vitio, quod suasit, eumque per somnum super facto docebit, ne quid tibi iste succenseat, quod sciat deos omnes potentes esse.* Pariter 91, 27: 29, 98, 21: 23.

Nunc paucis de oratione obliqua est agendum. *Iste* proprium suum locum in orationibus habere perspicuum est; si igitur in oratione obliqua adhibetur, aut plane illud pronomen cum *ille* (*hic*) confusum esse aut ex oratione directa in obliquam transisse necesse est, sicut in sententias secundaris cum indicativo structis pronomen reflexivum extat. Fortasse haec est origo confusionis pronominum *ille* et *iste*:

In utraque enim constructione in animum loquentis vel eius, de quo agitur, introducimur, ut et pronomen reflexivum et *iste* quasi ad secundam personam referti sentiamus. Clarior res fiet exemplis allatis. Primum igitur de pronomine reflexivo exemplum, quod supra iam posui, repeatem 3, 19 qui aderant *sibi*. cf. 16, 1.

Tum de *iste* pronomine: 40, 19 addit ergo Alexander prece maxima depositique, uti si *ista rata esset fama, quae scripta sit, sese numen illud mundi totius dominum recognosceret et idem evidentius intimaret.* Sententia, nisi dependeret, haec esset: wenn diese Kunde von dir wahr ist, so ... Eodem autem exemplo simul plane indicatur, quam non constet *sibi* Valerius in hoc usu, cum *numen illud* sequatur, pro quo melius *istud* ponere debuit. 49, 18 *prohibitus ab eodem est ulterius super hac re addere, quam promiserat, praesertim cum is, qui ista dixisset, mox ad regem redditurus fortunae posset ansam improsperam dare.*

Rectius igitur mea quidem sententia iudicabimus, si statimius Valerius non iam certum consilium, quod supra explicavi, habere in ponendo pronomine *iste* in enuntiatis, quae ex animo subiecti regentis efferuntur, sed apud eum *iste* et *ille* plane inter se confusa esse. *Iste* igitur talibus

locis ornate dictum est, scilicet etiam posteriores scriptores iuxta *ille* hoc pronomen omnino amant et iterant.

Denique quae sit in oratione obliqua corruptio ac debilitatio pronominis *iste* ostendatur. 111, 13 milites laboribus defatigati ad Alexandrum haec ferre dicunt: *quod si in tantum cupidine rei bellicae Alexander urgueretur, non sane videri consultum, inconsultae isti cupidini si comes fieret reliqua multitudo.* Et paucis lineis ante 111, 12 eidem milites exclamant: *quo vero ille tenderet labor in Indianum properantibus (= die Mühsale, die du uns bereitest).* 150, 17 ad haec Alexander cum ratum spei *istius requisisset, Sesonchosis rursus.* 162, 26 sed cur *ista sentiret interpres, cum rex diligenter quereret.*

Restat, ut locum in melius, sicut spero, restituam: 39, 11 qui praestare diceris *huic terrae mundumque istum interminorem regis.* *Ipsum TH, istum A et Kuebler.* Kuebler, nisi omnia me fallunt, pronomine *istum* quasi gestu demonstrari vult mundum ante omnium oculos iacentem. Tamen id, quod in TH traditum est, servari potest. *Ipsum significabit sogar das ganze Weltall.* Mundus opponitur hoc loco *huic terrae.* *Hic* et *iste* iuxtaposita mihi non placent, praesertim cum mundum homo vix demonstrare possit. Omnis vero dubitatio profligari potest, si conferamus 71, 25 Xerxique ... qui *terram illam omnem exercitu suo texerit, qui aera ipsum telis iaculisque velaverit.* Hoc quoque loco pronomine *ipse* gradatio efficitur. Equidem igitur loco 39, 11 codd. TH sequi debere editorem existimo.

4. De pronomine *idem*.

<i>idem:</i> 10	<i>eadem:</i> 1	<i>idem:</i> 6	<i>idem:</i> 3	<i>eaedem:</i> 3
<i>eiudem:</i> 4	<i>eidem:</i> 8		<i>eadem:</i> 3	<i>earundem:</i> 1
<i>eundem:</i> 7	<i>eandem:</i> 3			<i>(h)isdem:</i> 3
<i>eodem:</i> 5	<i>eadem:</i> 2			

Hoc pronomen, quod cum omnibus tribus personis coniungi potest, adhibetur, si eidem rei, de qua iam aliquid



prolatum est, novum aliquid attribuitur. Inde a Valerio Maximo saepe *idem* occurrit, ubi aliud pronomen ut *is* ille rei exprimenda satisfaciebat. Postea plane cum *is* confunditur. A viris doctis perpauc afferuntur de huic pronominis historia: Hdb. 444. Kuehner II, § 118, 3. Reisig III, § 210 et adn. 368. Neue-Wagener II³, 389. Cat. 62, 54 at si forte *eadem* est *ulmo* coniuncta marito. Qui usus vulgaris sermonis est proprius. Val. Max. IX 4, 1 cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Graecia subiecisset *eiusdemque* confirmandi gratia. Lact. (corp. eccl. XXVII, 212, 19) que forsitan primum parentes *eorumdem* constituerant (Euseb. *zai eis yewi; avisiōi*), sed pro arbitrio suo atque ut *isdem* (= *eis*) erat libitum. Sulp. Sev. I, 19, 6 levitas ad se gregavit *eisdemque* preecepit. Saepius ita apud Fredengarum.

Apud Valerium *idem* secundum classicam, quae dicitur, rationem scriptum est praeter ceteros his locis: 90, 11 *eodem* sane tempore. 45, 14 est igitur ita natura descriptum, ut qui ista rerum opulentia sint donati, *idem* (= die zugleich) careant bellicis viribus. cf. 64, 24, 80, 7, 120, 20 *idem* sibi domicilium esse quod sepulchrum. cf. 133, 7, 151, 3, 19, 21 et inter haec rursus aliis equi *eiusdem* hinnitus auditor. *Eiusdem* satis convenienter dictum est, sed *eius* quoque vel *huius* hic suum habebat locum. Itaque eius generis enuntiatis confusio praeparatur. Simili modo 74, 6 at dices magnum illum et potentissimum regem Xerxes fuisse, sed *eundem* nostro apparatu superatum. Cum hoc quoque loco *eum* intellegi potuisset, tamen Valerius *eundem* scripsit, ut narrationi suee adderet aliquid vehementiae. Liceat germanice explicare: ja, du wirst mir einwenden, Xerxes ist so gewaltig und übermächtig gewesen und doch haben wir ihn besiegt. Ita dicere potuit Valerius, re vera tamen dixit: und doch haben wir ebendenselben, von dem du da redest, besiegt. Oratorem gestu quadam

unam quamque syllabam vocis ebendenselben firmavisse existimandum est. 4, 20 quibus (sc. herbis) carpis atque in succum pressis effigiat ex cera corpusculum feminæ *eique nomen reginae* cum adscriptisset, lectulum *eidem* fabricatur, cui. *Eidem* aut plane omitti aut ei potuit scribi. Fortasse hoc modo vertendum est: und er verfertigt für sie auch ein kleines Bett. 66, 15 *Stasagorae* quippe, magistratus *Plataeensium*, postea ingresso templum locumque eum, in quo *idem* tegmen numini texeretur (= ebendasselbe, oben erwähnte). Nimis hoc diligenter accurateque est scriptum.

Cum adhuc Valerium quodammodo regulas grammaticas sequi cognoverimus, in his exemplis plane a consuetudine optimorum scriptorum recedit: 49, 16 *eius convivii tempore* cum unus e numero legatorum proditionem quoque sibi regis Darii subsereret, prohibitus ab *eodem* est alterius super hac re addere. 160, 22 id trophyum cum auferre *idem* mihi cupiditas foret, uti ad vos et ad nostram Graeciam mitteretur, *idem* qui aderant, contendebant. cf. 12, 10, 18, 5, 28, 14, 40, 22, 23, 27, 58, 27, 155, 22, 164, 3, 64, 28 iubet Alexander cetera quoque *eundem* prius exequist. O 23, 20 eum nullius momenti est.

Quod si recte interpretari sumus exempla, consequens est, ut primum *idem* vim suam propriam retineat, tum vero ut iuxta is ad maiorem perspicuitatem perficiendam exhibeat, postremo ut omnino *idem* significet, quod pronomen *is*. Quo factum sit, ut in eum usum abierit Valerius, non difficilis est ratiocinatio, si eius aevio, quantopere pronomen *is* iam debilitatum sit, deliberamus.

In lingua Germanica simile quiddam habemus, dico derselbe et ebenderselbe. Derselbe primum nihil aliud significat atque *idem*, paulatim vero pro *is* = dieser ponitur ita ut eis locis, quibus aliquid ponderis detur vel distinctionis, necessario ebenderselbe extet.

Quibus constitutis perfacile parvae manuscriptorum differentiae tollentur:

18, 5	eodem	T	eo	P	eodem	Kuebler
12, 8	eidem	"	ei	"	eidem	"
74, 20	candem	"	eam	AP	eam	"

74, 20 Nihil est, quod Kuebler T non sequatur, siquidem *idem* = *is* saepenumero a Valerio usurpari multa sunt, quae stabilunt et confirmant.

De forma *hisdem* 130, 2 *supea* p. 31 sq. actum est.

Pronomina *idem* et *is*, quatenus confusa sint inter se, et planum est et paeclarum, ut a Valerii loquendi uso non sit alienum, si non solum *idem* pro *is*, sed versa vice *is* pro *idem* invenimus, ut 32, 20, de quo loco supra locutus sum.

5. De pronomine *ipse*.

ipse :	52	ipsus:	2	ipsa:	6	ipsi: 9	ipsae: 2	ipsa: 3
ipsum :	5	ipsius:	1	ipsi (gen.): 1		ipsorum: 2	ipsarum: 1	
ipsi (dat.): 4		ipsum: 16		ipsam: 4		ipso: 4	ipsi: 9	
ipsi : 11								

117, 19 Kuebler cum P *ipsimet* legit contra A *ipsi*, fortasse recte. Tamen nescio an hoc quoque loco T, si salvus esset, *ipsi* commendavisset (cf. 25, 20, 99, 2); quare certe hanc rem disceptare non audeo. Malim quidem *suismet ipsi* pro suis *ipsim*, quod tamen codicibus invitis scribere non licet. Maxime vero hoc respiciendum est, quod nullo praeterea Valerii loco pronomen *ipse* suffixo nescio quo firmatur, quod apud alios etiam scriptores item raro accidit ut apud Plaut. Amph. prol. 102. Cic. Ver. III, 1, 3. Sen. ep. 117, 21.

Pergo in enarrandis eis locis, quibus scrupulum inititur ei, qui attente memoriam scriptorum perspexerit. 21, 8 *ipsius* AP *ipse* Kuebler. Mai et Mueller iam pridem rectum senserunt, cum *ipsus* scriberent. Idem fecit Kluge (34), qui in Itinerario Alex. M. 44 *ipsius* librorum in *ipsus* correxit. Huius assentitur Neue-Wagener II³, 407. Ego

quoque non dubito *ipsus* recipere, praesertim cum linea 13 eiusdem paginae iterum a P codice *ipsius* commendetur. Hanc igitur formam Valerio condonandam esse arbitror, quandoquidem archaïsmi apud eum inveniuntur. v. s. p. 24.

Scriptura *ipsius* pro *ipsus*, quotiens in libris legatur, apertum fit, si nonnulla exempla a Neue-Wagener citata excutimus: Plaut. Asin. 459 E¹ *ipsius*. Ter. adelph. 78 *ipsius* G *ipsus* B C E F P, 538 *ipsius* F. Cat. agr. 70, 2 *ipsius* et *ipsus* traditur. Fronto ad M. Caes. 5, 27 (Naber 84, 1) *ipsius*. Gell. XVI, 4, 4 *ipsius*, I, 2, 76 (in palimpsesto) *ipsium* pro *ipsum*. Hanc consuetudinem scribendam in Ossic dialectis occurre *[ultiumam pro ultumam]* et usque in medium aevum vixisse Birt demonstravit (rh. mus. 52 suppl. p. 175 sqq., ubi etiam p. 178 terminationis *us* in *-ius* mutatae multa exempla collecta inveniuntur et vocalem y medianum inter u et i pronuntiatam esse conclusit. Eodem spectat Val. 24, 1 *adversum* T *adversim* AP.

Est etiam aliud memorabile in Valerii sermone. 92, 25 *ipsi* *Alexandri*; sic P, non credibilis est correctio Kuebleri *ipsius*, potest enim *ipsi* pro prisco sive volgari genetivo accipi ac retineri.

Nunc aliam rem tractemus, pronominis *ipse* usum syntacticum. Tamen diversas significationes describere longum est, praesertim cum nobis Naegelsbachii 390 sqs. fundamentum, quo nitimus, satis firmiter iactum praesto sit. cf. Hdb. 444, Draeger I², 79 sqs. Reisig III, § 210 et adn. 369. Hic illuc a viris doctis notatur *ipse* genuinam vim exuisse. v. Krebs s. v. *ipse*. Certe in latinitate posteriori fines suos aliquatenus ita extendit, ut pro *is*, *hic*, *iste*, *ille*, *idem*, quin etiam pro articulo definito adhibeatur.

Iam inde a Varrone *ipse* debilitari incipit: R. r. III, 10, 7 (de anseribus agitur) *quotienscumque sumpserunt, locus solet purgari, quod ipsa e amant locum purum neque ipsae, ubi fuerunt, relinquent purum*. Cat. 64, 66 omnia (sc. vestimenta Ariadnae) quae toto delapsa e corpore passim

ipsius ante pedes fluctus salis adludebant. Nihil est, quod hic *ipsa* = domina intellegamus. Curt. IV, 3,12 tris (sc. naves) *ante ipsa moenia opposuerunt, quibus rex invictus ipsas demersit.*

De scriptoribus posterioris aevi adnoto haec. Mirum est, quod Apuleius nullum exemplum habet huius usus; habet tamen Tert. Pall. 3 (pluma) *numquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa.* Min. Fel. 11, 7. Interdum ex ipsis manuscriptis ostendi potest, qua ratione falsa forma rectam paulatim expulerit. Hist. Apoll. 25 caput *eius P, ipsius RB; 49 eius P, ipsius RB.* Klebs 254. Pseudocyr. de aleat. 5, 5. De Novatiano idem docet Th. Wehofer, Wiener Studien 23 (1901). Lact. corp. XIX, 2, 8 *tantum apud eos virtutis nomen et auctoritas valuit, ut in ipsa esse summi boni praemium iudicarent.* Peregr. a. l. s. 37, 26 haec ergo *vallis ipsa est, in cuius capite ille locus est.* cf. Anglade 81 et indicem Geyeri. Roensch semas. 2, 26.

Primarius autem huius pronominis usus in eo versatur, ut rem ab aliis rebus discernendam esse indicet. Videamus iam, quomodo eo usus sit Valerius. 32, 1 itaque ad Ammona, qui loco deserto Aegypti celebratur, *ipse contendit; enim vero exercitus multitudinem navibus superpositam Pharam destinat.* 96, 29 e diverso autem cum longe tranquillus doctiusque Alexander Macedones in cornua protendisset, *ipse Bucephala suo vectus imperatoris officiis fungebatur.*

Maxime ipsum pronomen id, quod contrarium est, satis exprimit, sed interdum etiam particulae adiectae sub sidio sunt. 92, 4 *ipse quidem uno usus equo coepit iter agit, Eumelum porro cum equis duobus ibidem subsistere ac se operiti iubet.* cf. 97, 15. 33, 5 multo denique *itineris exanclato apud vicum Astrata fessum commilitum refecit.* *Ipse autem rex.* cf. 51, 12 *ipse tamen.* 162, 17 *ipse vero.*

Breviter adicio 28, 6 in *ipso* raptu (= unmittelbar). 71, 26 *aëra ipsum* (= sugar).

Saepenumero pronomibus personalibus *ipse iuxta positum est:* 68, 25 *ipsum me.* 90, 29 *ipsa e nos.* 91, 25.

Deinde dicamus breviter de *et ipse, ipseque, ipse quoque.* Uno loco excepto numquam et *ipse auch,* ebenfalls significat: 140, 22 et *Ptolomeus . . . sic ait: et ipse sane loqui per litteras aveo cum Candace et gratiam tibi faciam, ut desideras.* Ceterum pro et *ipse Valerius ipse quoque utitur* (numeravi 16 locos) propterea quod, quotienscumque fieri potest, Alexandri, ut exemplo utar, studium celebrare solet. Vix enim aliquid narravit, quod quelibet persona egit, cum Alexander verbis *ipse quoque, ipse vero . . . commemoratur.* Indidem explicatur magnus nominativorum numerus (numeravi 74). Porro eadem verba Valerius, si de aliis hominibus loquitur, occasione data profert. *Ipse autem id quod significat dominus, quamvis facile fieri potuerit, nusquam sibi concedit nisi forte 47, 19; vide infra p. 60.*

Aliquid ponderis verbis suis infert et gravitatis locis huiusmodi: 5, 8. 102, 2 *ipsis etiam.*

Denique adnotanda est haec collocatio quoque *ipse* in duabus exemplis obvia, quorum est alterum 45, 2 ut murorum quoque ipsorum haec sit firma munitione. Alterum 163, 7 nisi quod hi quoque *ipsi.*

Ex omnibus fere his exemplis nihil aliud concludendum est atque hunc scriptorem ad id, quod classicis, quae dicuntur, temporibus semper fuit in ore consuetudineque hominum, se accommodasse. Restant nonnulla declaranda de illa debilitatione pronominis *ipse.*

Primum observare possumus *ipse* non solum cum idem confundi, sed etiam ab aliis pronomibus demonstrativis saepenumero non dissidere. Interdum *ipse* et idem non disciri ostendit Woelflin, arch. XI, 388 sqq. Ennius ann. 8 M *terraque corpus quae dedit, ipsa capit.* Cic. de senect. 72 *sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit.*

Val. 100, 23 *ipxi vero Cyro conditorum erat e lapide visendo* (= derselbe Cyrus hatte . . .). cf. l. 21. 105, 22 *infertur igitur sepulchris maiorum omnium tum Darius ac paulo post aedes ipsi templumque construitur.* *Ipsi* = *eidem* (ihm auch). 52, 21 *igitur ad ipsum rursus . . . scribit.* Duobus modis hic verti potest. Prior ratio est: deshalb schreibt er wiederum an ihn (= eum); secunda: deshalb schreibt er wiederum an ebendenselben, prout modo rursus modo *ipsum* premi debet. Non semper igitur ita, ut nulla dubitatio haereat, eiusmodi enuntiata declarari poterunt.

Sine ulla difficultate *ipse* = *is*, *ille* cognoscimus his locis: 73, 20 *ait enim nos Xerxem finibus eieisse, Cynae-giro scilicet dace et hisce, qui una cum ipso militabant.* 89, 28 se tamen protinus ad *ipsum esse venturum.* 114, 14 *sicut enim istae ferae bestiae, quae apud ipsos sunt plurimae.* 137, 27 *moti vero custodes exercitus personae novitate ducemque illum et si qui cum ipso venerant.* 158, 17 *igitur cum haud procul his ageremus, ipsarum quidem potiri haud facile erat.*

Vis pronominis posterioribus temporibus etiam atque etiam imminuitur, ut pro eo alia pronomina demonstrativa velut *ipse*, *idem* in lingua inveterascent. Duabus igitur causis culpam tribuere debemus, quod *ipse* et *idem* postea non iam diligenter secernuntur. Alteri, quod iam per se illae significaciones similes erant, alteri, quod utrumque pronomen pro *is* ponì poterat et re vera ponebatur. cf. Sittl 115, qui tamen priorem causam omittit.

Annecto exemplum, quod eodem fere tendit, 69, 16 neque in hoc ducor, *ut qui illis educationibus laborarit, non his reverentiam deferat, a quibus ortae sunt sibi hae disciplinae ipsique ars regnandi sit tradita.* Nam hoc loco *ipsi* plane supervacaneum est. cf. etiam Sulp. Sev. II, 28, 1. Ap. Sid. *ipse* = *idem* = *is*: Mueller 88. Roensch 424. Goelzer 406. Fredegar. *ipse* = *idem*; = *ille*; = *is* hic; cf. Haag 84.

6. De pronominibus demonstrativis inter se coniunctis.

Ille ipse scribi solet, si quid notum aut iam commemoratum prematur, *ipse ille*, ut aut tamquam praecipius aliquis nominetur aut per se aliquid fecisse significetur: Madvig opusc. I, 130 sq. Reisig III, § 216—218. Utriusque collocationis non desunt exempla, apud Valerium: 67, 16 *ipsam illam* (sc. vatem) *sacerdotio deduci iubet.* 113, 20 *quippe cum illum ipsum Liberum vestrum.* Apud alias quoque scriptores hic usus propagatus est; ut exemplis utar: Cic. de off. I, 44, 156. Acad. II, 15, 47.

Ic *ipse* multo saepius libri habent, nolo tamen morari in congerendis exemplis, sed affero tantum haec: 163, 21 *mater eius ad eum scripsit super Antipatri et Divino-patris simulatibus petebatque, ut ob id ipsum ad Epirum ire contenderet.* cf. 8, 7, 61, 5, 72, 14, 140, 17.

Idem ipse scriptura rarer est: Cicero plane eam repudiat, adamat Gellius (I, 6, 3. II, 8, 3). Semel apud Valerium occurrit: 94, 9 *unus quippe ex convivantibus . . . olim Philippi hospitio receptus et ibidem Alexandrum etiam puerum conspicatus, paulatim in memoriam relabens eundem ipsum esse, quem opinabatur.*

Hoc loco *idem*, quippe quod in usum paene is pronominis abierit, pronomine *ipse* firmatur atque augetur. Simili modo *ipse* abundat his locis: 47, 1 *quisnam eorum ipse Alexander foret.* cf. Pseudocall. *πότος ἐμώρ δοτεὶς οὐλέλαρθρος.* *Ipse* articulus definitus est. Cum hunc omnes reliquae linguae Romanicae ab *ille* derivarent, in Sardinia insula *ipse* servatur. Ben. Nurs. prol. 51 *osten-dentem viam ipsius tabernaculi* (= des erwähnten tabernaculum). Ceterum cf. indicem editionis Woelflinianae. arch. IX, 506. Meyer-Luebke II, 129 sq. arch. IV, 271. XI, 393, ubi Woelflin fines huius usus accurate describere conatus est. Fredegarius saepissime *ipse* articulum usurpat. cf. Haag 84. Roensch, semas. 2, 26.

47,17 rex regum et consanguineus deorum consessor
que dei Mithrae unaque oriens cum sole Darius ipse
Alexandro famulo meo iubeo dicoque haec. Ipse hoc loco
sensus non habet, nisi forte pro dominus dictum est sic
ut αὐτός in textu Graeco ἦν αὐτὸς οὗτος Αἰγαῖος. Itaque
ipse et famulo contraponuntur.

Hic ipse, hic idem, idem ille ubique legimus.
90,31 his lectis Darius illacrimat; hoc ipso tamen ad
indignationem excitemente utebatur. cf. 99,30, 108,13.
88, 30 ita et adrogans litteris et lactabundus in hac eadem
temeritate exstisti. Huc spectat 68, 16 et eius morte
gavisos esse; quod idem iam coepimus tui quoque velle.
29,10 et haec quidem dicta praesentibus edicit. Tamen it
eadem illa sententia. cf. 67,20, 149,11.

Aliquid difficultatis habet hic ille. In Valerii omnibus,
quae investigavi, exemplis specie tantum haec pronomina
coniuncta sunt, cum re vera utrumque pronomen in
aliud substantivum referendum sit. 19,18 immo vero hic
ille est equus Bucephala, quem (= das ist jener ...). cf.
44, 14, 119, 1, 153, 20.

Apul. met. VIII, 12 haec illa dextra sanguinem
meum fudit. Reisig adn. 378 b optime dicit breviloquentiam
esse hanc pro haec est illa dextra, quae ...
Cum his artissime coniungendum est Hyg. fab. 110,18
admirari coepit, quid illud esset, quod eum immutaverat.
Pro hac longa et verbosiora circumscriptione brevius illud
quid illud immutavisset substitui potest.

Utrumque genus Valerius offert. 72,8 quid illud
sit tandem, quo ipse quoque intelligat se disparem Atheneisibus fore? cf. 94,15. At 45,18 hisce dictis exigit
protinus ab Aegypciis, ut quidquid illud pensuros sese
Dario receperissent, id sibimet inferent (= ut quidquid illud
esset, quod pensuros ...). Tac. ann. I, 12 quidquid
istud sceleris imminet. Min. Fel. 10,2 cur enim occultare,
quidquid illud colunt, magnopere nituntur. Hdb. 491.

Huc, opinor, referendum est 61,16 hisce dictis ex
adyto addit et vates: en vides, rex, quod illud (T) tibi
numinis praestigiat divinatio, quae et Herculem et Alexandrum
vocat. Kuebler cum AP legi vult quod illa ...
praestigiat divinatio. Contra moneo nusquam apud Valerium
pronomen ille a suo substantivo tanto quo hic intervallo
separari atque omnino quod illud in T intellegi posse similiter
atque supra quid illud. Noluit Valerius scribere vides quid
illud sit, quod ... praestigiat; facillime vero pro quod (T)
quid rescribetur, quae verba quantopere in manuscriptis
confusa sint, infra explanabo. cf. 72,8 quod illud A quid
illud P Kuebler.

Notissima sunt talia exempla ut 21, 9 Nicolao cuidam.
cf. 23, 20. 103, 15.

Quid discriminis intersit inter *quidam* et *aliquis*, ex hoc exemplo eluet: Cic. Brut. 6, 25 eloquentia, sive arte paritur *aliqua* sive exercitatione *quidam* sive natura, res una est omnium difficultissima. *Arte aliqua* = durch irgend eine Kunst, gleichviel welche, aber jedenfalls durch eine Kunst. *Exercitatione quidam* = mit einer Art Übung, mit etwas, was wie Übung aussieht, jedenfalls aber nichts weiter ist. Ita optime Reisig III, adn. 357. Similiter Plato Apol. 15 Socrates dicentem facit: οὐκοῦν εἴτε δαίμονας ἔργαπας, ως οὐ γῆς, εἰ πλέον τινὲς εἴτε δαίμονες, τοῦτον εἴ τις (= wenn die Daemonen so etwas wie Goetter sind).

Mirum est, quantopere Valerius adamet hoc pronomen. Etenim si acrius attendimus eum in narrationibus semper hoc pronomen *quidam* ad manum habere animadvertisimus. Raro dicit: *tum vidimus templum, quod erat . . . sed potius templum quoddam*. Itaque caute narrat praecepit in proferendis portentis et monstris, id est in tertio libro, brevissimo quidem omnium, ubi 33 exempla huius usus invenimus. Non omnia, sed haec modo documento sint: 124, 17 locum interea *quendam* insulae monstravere . . . quod esse dicebant veteris *cuiusdam* regis indidem monumentum. 127, 29 eminus video in *quidam* adiacentis tumuli eminentia. 128, 9 bestias *quasdam*. 130, 17 oppidum *quoddam*. 132, 8 *quendam* locum. 137, 27 *quae-dam* tentoria. 145, 2 intuentibus visitur opinio *quaedam* indidem solis orientis. Triclinium quoque ibidem videt alio de *saxi* genere, cui cum sint igneae *quaedam* maculae. cf. 149, 27. 150, 8.

Multa exempla sunt, quibus pronomen *quidam* vel plane deesse vel alia voce ut *aliquis*, *quis* substitui possit. Sulp. Sev. quoque commoda pronominis *quidam* appellatione contentus est, velut I. 26, 2. cf. Loennbergren 13. Plerumque

Pronomina indefinita.

1. De pronomine *quidam*.

quidam: 9	quædam: 8	quoddam: 5	quidam: 2	quædam: 3
cuiusdam: 6	cuidam: 3	quædam (neutr.): 2		
quendam: 3	quandam: 4	quosdam: 3		
quodam: 9	quadam: 6	quasdam: 4		

Initium capio a forma *quiddam*, quam Kuebler Valerio attribuendam esse censet: 11, 9 quippe si nunc fiat editus partus, servile *quidam* (*T*) captivumque potentum natum iei astra minitantur. Illud *quidam* pravum est. Quare Kuebler *quiddam* coniecit, quod confirmatur epitomae Oxoniensis verbis.

De usu syntactico pauca tantum in compendiis grammaticis proferuntur. Hdb. 447. Terentian. 987 dixerit si forte *quidam*. Lact. corp. XIX, 435, 3 *quidam* naturali mentis feritate, nonnulli . . . *aliqui*. Amm. Marc. hoc pronomen non distinxit ab *aliquis*, *quisquam*, *quisque*. Plura exempla afferit C. F. W. Mueller (Neue Jahrbücher 1890, 718) velut Ian. Nepotian. 15, 1 nobili *cuidam* quaestum facere turpe erat.

Nolumus hanc totam rem excussis exemplis Valerii omnibus persequi, sed satis sit paucis speciminibus selectis ostendisse id, quod *quidam* significat. 80, 20 ut . . . *eam* præcipue urbem Atheniensium tuear, quae theatrum *quod-dam* et communis curia videatur esse Graeciae universæ (= gewissermassen ein Theater, gleichsam eine Art Theater). cf. 124, 4.

vertendum est *ein*. Valerius tamen ponit *quidam*, quia quis, aliquis si posuisset, rem indefinitam redderet.

Alio modo interpretor haec exempla: 20, 6 *quod cum admirationi visentibus foret, ex cursu quidam rem periculi huius nuntiat Philippo*, 39, 20 quem depositi locum cum quidam e speculatoribus regi nuntiasset. 54, 24 *currum quidem in loca quaedam abdendum mandat et avertendum, ipse autem equo consenso properantiae consultit. His locis quidam = aliquis.*

Haud diversa est ratio in numero plurali. 131, 28 *tum quidam viri ex oppidis circumsistentibus*. 90, 11 *eodem sane tempore Darii duces multas eiusmodi litteras misitavere, quibus fatigari sese multosque admodum optimatium interemptos, quosdam etiam ad Alexandrum transisse nuntiarent*. 127, 16 *ad quod cum audacius quidam exploraturi properassent.*

2. De pronomine *aliquis*.

aliquis: 19, 17, 51, 25, 78, 20, 107, 15. *aliquid*: 16^o
aliquid: 29, 15. *alicuius*: 8, 26. *aliquam*: 35, 21, 60, 18.
aliquos: 73, 26. cf. Neue-Wagener II^o, 473.

Aliquis pro substantivo ponitur nec multo rarius pro adiectivo inde a Plauto. 19, 17 *rugitus aliquis leoninus*. 13, 16 *imperiale aliquid meditamentum*. 51, 25 *Persa aliquis*. 78, 20 *aliquis experiretur*. cf. 107, 15. 48, 25 *aliquid difficultatis*. 89, 11 *eorum aliquid*. 97, 23 *fit aliquid ex illis omnibus reliqui*.

Quamquam *aliquid* secundum regulas grammaticas praecipue adiectivum est, tamen cum eo neutrum adiectivi coniungitur, quod ob hanc rem necessario substantivum munus obtinet. 29, 14 *igitur ut si incentivum aliquod divina voce intonavisset. Incentivum apud optimos scriptores sine ulla exceptione adiectivum est, posteriores tamen tantum licentiae sumpserunt, ut haec vox a substantivo non*

discernatur. Hoc exemplum, si esset unicum, duas permetter explications: aut adiectivum substantivi loco positum aut ipsum plane iam substantivum habitum esse. Secundam explicationem veram esse probant exempla haec: 47, 3 *his igitur incentivis extimulatus*. cf. 86, 19. 114, 27.

Pluralis huius pronominis singulari rarius, attamen cerebro legitur. In Valerii libris unum tantum exemplum inventi: 73, 26 *tales aliquos . . . duces*. Sed haec de formis.

Iam vero procedendum est ad usum syntacticum. cf. Hdb. 446. Kuehner II, § 119, 2. Draeger I^o, 87. Reisig III, § 201. In sententiis, quibus aliquid affirmatur, longe plurima exempla pronominis aliquis se obtulerunt varisque in constructionibus: 13, 16 *et sibi quisque ludus in puerō imperiale aliquid fuerat meditamentum*. 19, 23 *enim mite aliquid et mansuetum*. cf. 104, 20. 125, 5. 34, 22 *dum aut penterent aliquid aut peterentur*. cf. 41, 17. 78, 20. 90, 27. 51, 23 *tum fore ut, cum illi praefectus ad observantiam disciplinae Persa aliquis comitaretur*.

Pronomine *aliquis* propriis nominibus iuxtaposito libenter scriptores utuntur. Cic. Ver. VI, 164 *aliquis in litteris Gavius*. Adamat hunc usum Tertullianus: monog. 10 secundum *aliquem Epicurum*. H. Hoppe 105. Itaque Valerium uno tantum loco (51, 25) illam constructionem valde propagatam adhibuisse vix credibile esset, nisi supra vidissemus *quidam vox pronomini aliquis similibus locis praeferti*.

Nunc videndum est, quomodo Valerius in sententiis conditionalibus se habeat. 59, 14 *cui* (sc. Dario) *si potestatis aliquid in sese relicum fore, non absque poena Abderitarum fore, quod Alexandrum in amicitiam contra Persae commoda receptassent (aliquid = aliquantulum)*. cf. 89, 11. 97, 23. cf. 94, 28 *aliquanto cunctantius*. 107, 15 *ac si praeter haec aliquis ausus erit, hostis supplicio*

puniatur (aliquis = irgend einer, sei er, wer er wolle). cf. 29, 15.

Concludendum igitur est Valerium in eiusmodi enuntiatis nequamquam a dicendi more optimorum scriptorum discessisse. Neque aliter res se habet his locis: 8, 26 neque enim te scio popularis *alicuius* amori servisse, enimvero dei deorum pulcherrimi. Aliquis popularis contrarium est voci dei. 52, 6 non ausi eorum *ultra aliquid* inquirere. Hic ausi solum cum particula non copulatur. 35, 20 quibus iugiter ablutis derivatisque atque in mare perpetuo dilabentibus neque aedificiis perniciem aliquam remansuram (aliquam = auch nicht irgend . . ., sei es auch noch so unerheblich).

Haec omnia dum diligenter reputamus, in eam sententiam deferimus, ut, si scriptoris verba recte interpretamur, nulla huius pronominis constructio restet, quam non omnes lege sibi sermonis permiserint. Ne unum quidem exemplum mihi acriter attendenti obvium factum est, in quo aliquis cum quisquam confusum sit, ut in his exemplis: Hist. Apoll. 35 et adiungentes se invicem, ne alicui proderent, aliorum coepérunt exspectare exitium. Sulp. Sev. Dial. 1, 9, 3, 1, 26, 1. Ap. Sidon. IV, 21, 1 non a nobis aliquid exiliis fas honorari. VII, 9, 3. cf. Mueller 86. Ben. Nurs. 5, 3 nihil sibi a Christo carius aliquid existimat. cf. arch. IX, 507 et ind. editionis Woelflin.

De textu etiam aliquid habeo quod admoneam: 128, 13 quare vehementi sollicitudine incitati conspicantes que iam nostrorum aliquod interemptos fletibus undique consonantibus periculum opperiemur.

Aliquod librorum nihil est. Item ferri nequit, quod Kuebler leni sane correctione assecutus est aliquot. Nam a vocabulo *aliquot* rarissime tantum genitivus dependere potest. Exspectamus verbum, quod significat einige, id est aliquos. Haec forma a Valerio usurpata est (73, 26).

cum aliquot nullo loco scribat. In contextu Graeco *ζει οὐδὲ τίτανος αὐτολακότων* legimus. Atque suspicionem confirmat cod. A, qui l. l. supra *aliquod* suprascripsit quos.

3. De pronomine quis.

Excepto uno loco hoc pronomen substantivum est: 5, 10 *ne quis tibi metus sit sub adventu huius numinis*, cf. Cic. p. Caecl. 2, 5 et alias. — Extat ne quis 9^{mo}, si quis 15^{mo}. 71, 8 *si quid tamen recte sapere didicisset?* 81, 10 *etenim si quid eorum fortuna in praesentibus vacillaret* (= wenn nur ein wenig). Et saepius ut 88, 14. 104, 12. 114, 9. 153, 27.

Uno loco *numquid* occurrit: 148, 8. Semel ut consecutivo iuxtapositum est: 48, 3.

Praeterea omnibus his locis encliticum pronomen est neque a particulis separari solet. Paucissimis tamen locis pronomen quis maiorem vim retinuit, neque particulae se acclinat: 107, 25 *neve istud in ambiguum dubiumque quis transferat, iuro.* 100, 1 neque *mihi in Asiam trans-eundi* alias *quis dixerit esse causam.* Hac in formula procliticum pronomen quis habemus.

93, 19 igitur convivio iam procedente *eiusmodi quid facere Alexandrum subit.* Hanc formulam agnoscimus similem esse ac tale quid.

Casus obliquos inventi hos: 138, 1 *si qui cum ipso venerant.* cf. 55, 22. 147, 8. 4, 6 *si quae in te Philippus audebit.* 102, 12 *et si quos queam.* 17, 17 *at vero vulgo ut qui percitus et vi mentis calentior habebatur, quod verto:* aber im Volke hielt man ihn für einen leicht erregbaren und infolge seiner Verstandeskraft leidenschaftlicheren . . . Nempe *si qui pro si quis similiaque Plautus et populus usurpaverat.* Illo modo si convertimus, correctura, quam Ausfeld proposuit, *ut eques percitus necessaria non est.*

49, 22 ne qua ab ipso quoque proditio aut proditionis causa quereretur. Duplex hoc loco est interpretatio: aut qua pro quae adhibitum cum proditio coniungendum est, aut qua adverbium est ergend wie. Utraque sensu quidem sufficit. Certe vero qua adverbium est 31, 9. 163, 12.

155, 7 quod si qua ex hisce ad sexum suum cesserit, eam se petere ibidem desidere. Sic Kuebler, quis A, que P. Utraque lectio sana est; quis tamen rarissime cum feminino genere componitur ut Ulp. Dig. 3, 2, 11 § 3: si quis post huiusmodi exitum mariti nuptum se colloquaverit, infamia notabitur. Neue-Wagener II², 443. Que vel quod idem est quae ubique usurpatur. Cum neutra forma a Valerio iterum scribatur, Mueller qua restituit. Satis argute, tamen ut mihi videtur, non necessario. Ego codicis P. lectionem praefero.

Alium, qui ad textum recensendum pertinet, locum affero: 153, 10 ea nobis stipendia sunt, haec provectio; tantumque quis nostrum honore dives est, quantum cicatricibus insignitor. Hic quis non ferendum puto, immo quisque substituendum est, cuius quam varius sit usus, infra demonstrabo. Suffixum que facilissime post tantumque excidere potuit. Adde 162, 27 o quid enim, inquit, o vir summe, quidquid ex homine foetus hic habet, ad te pertinet, quod vero est subter atque beluile, quicumque tibi subditi sunt et subiecti. Quid exclamativum et ad quidquid, quod sequitur, et ad quod referri debet. Non est igitur, cur Schlee quidquid proposuerit; immo recte Kuebler.

4. De pronomine quispiam.

Raro tantum quispiam apud Valerium invenitur: cuiuspiam: 49, 25. 50, 9. 149, 12. quopiam: 160, 25. Neue-Wagener II², 501 sqs.

Iam singulos deinceps locos illustrabo: 50, 8 quippe ista magnificentia nominum ubi semel cuipiam sit persuasa,

corpora membratim vel spiritus eriguntur imprudentius (quispiam = aliquis). 49, 23 id enim demum ago, inquit, non tam mei commodi cura quam vestri metuoque, ne cuiuspiam mali semen ac principium videar praestitisse (quispiam = quisquam). Idem significat quispiam his locis: 149, 12. 160, 25.

Si in Hdb. 446 scriptum legimus apud scriptores posteriores permisceri aliquis et quispiam, vereor ne sit haec sententia nimis in universum dicta; nam a Valerio semel tantum quispiam pro aliquis positum et praeterea semper substantivum esse demonstrare possumus, cum e contrario quispiam et quisquam nullo modo inter se differant neque discrepant.

Iam Cicero utrumque pronomen quispiam et aliquis in eodem enuntiato sine ullo discrimine usurpat. De or. II, 9, 38 si de rusticis rebus agricola quispiam aut de pingendo pictor aliquis diserta dixerit. Liv. XXIII, 3, 10 primo silentium erat inopia potioris subiciundi, deinde cum aliquis omissa verecundia quempiam nominasset. Apul. met. IV, 3. mulier quaepiam. cf. Kuehner II, § 119, 5. Draeger I², 96. Reisig III, § 204.

Haec, quae de Valerio diximus, sane documento esse possunt, quid difficultas veterum scriptorum interpreti obviatur, qui vim vocabulorum a primitiva notione per multiplices usurpatonis vias persequi conatur. Nam ubique libri largam querenti novamque materiem dant. Adhuc, quantum video, pronominis quispiam historia nondum observata est, cuius propagationi, ni fallor, similitudo favebat, quae inter scripturas quispiam et quisquam intercedebat. Quo factum est, ut haec pronomina etiam in sermone confunderentur. Lact. persaepe quispiam = aliquis habet, praesertim in eiusmodi formulis dixerit quispiam. Plurimos locos ex Ap. Sidon. congestos Mueller afferit et recte haec fere dicit: illud pronomen senescantis latinitatis aetate

magis magisque coepisse exolescere. Minus recte censuit Draeger I², 97. Duobus locis apud Ben. Nurs. quispiam legi: 44, 6 (= aliquis) et 66, 13 (= aliquis).

5. De pronomine quisquam.

quisquam: 134, 2. quicquam: 18, 21. 80, 19. 119, 4. 132, 26. cuiquam: 84, 14. 85, 25. 158, 10. quemquam: 106, 22. 157, 4. Neue-Wagener II³, 503. Hdb. 446. Kuehner II, § 119, 3. Draeger I², 97. Reisig III, § 204.

De hoc pronomine paucissima sufficient; ubique enim regulas grammaticas observari exempla docent. 18, 21 neque accedo sententiae, *qui cqua m te indignum nobis ac parentibus sapere*. 84, 14 forte *Cyndum*, haud *cui quam secundum flumen*, cf. 85, 25. 158, 10. 80, 18 sit igitur *Atheniensibus dignitas*, quae cliebat, neque ex me *quicquam dubium* formidaverit, cf. 119, 4. 132, 26. 157, 4 neque enim *quemquam non aut caesum audivimus aut suppli- cantem*. 106, 21 nec *vagum quemquam a regione vel sedibus suis aberrasse quo pia probaturus sum*. Ostendit hoc loco ipse Valerius quisquam et quispiam in unum fluxisse. Nam hic, ubi quisquam unus est, quod suum habet locum, quopiam adverbium tam fidenter adscriptum est, quasi nullum sit discrimin. Atque re vera nullum esset, nisi illud unus exemplum (50, 9) nos hoc statuere vetaret.

Porro nondum Valerius sibi permisit quisquam in sententiis affirmativis pro aliquis exhibere ut his locis: hist. Apoll. 40 *Apollonius vero putabat se a quo quam de suis contemptum esse*. Ben. Nurs. 42, 18 *quodsi inventus fuerit quisquam*. 33, 12. Arch. IX, 507.

Restat, ut unum locum, qui emendatore eget, apponam et id, quod mihi videtur probabile proferam: 133, 28 *vox auditur ex arbore, sed lingua barbarica, eiusque interpretamenta habuit quisquam nobis et dissertare audebat*.

Haec verba sensuarent. Quare Mai proposuit: *interpretamenta nemo quisquam nobis edissertare audebat*. Sed verba nemo quisquam complures homines amplectuntur; nunc unus ille Indus (133, 23) oraculum ex arbore lingua barbarica editum interpretari posse dicitur. Itaque in quisquam Birtius qu'm adi, *Indus tamen latere suspicatus est et sic locum conformavit: habuit Indus, tamen non et dissertare audebat*.

Textus Pseudocallisthenis hoc loco nihil proficit, ubi de compluribus Indis assistentibus sermo est. Omnino compluribus Graecus textus dissentit, ut in Latina versione fortasse aliquid exciderit, quod si servatum esset, certius iudicaremus.

6. De pronomine ullus.

ulla (fem.):	36, 1. 152, 11	ullius:	116, 19
ulli (dat.):	113, 16. 159, 21	ulli (plur.):	121, 3.
ulla (neutr.):	112, 28		

Quid sit discriminis inter *ullus* et *aliquis* facilime cerni potest Cic. inv. II, 107 *ut honore potius aliquo, quam ullo supplicio dignus esse videatur*. Id est; er scheint wohl einer Ehre wert, aber keiner Strafe.

Confusio horum pronominum ostenditur Lact. de ira 7 (corp. XXVII, 79, 20) *apparet solam esse religionem cuius in mutis nec vestigium aliquod neque ulla suspicio inveniri potest*. cf. XIX, 107, 2.

Ullus semper apud Valerium adiectivum est exceptis duobus dativis *ulli*, quod neminem offendet. cf. Caes. bell. Gall. I, 8, 3 *ulli*, pro *cuiquam*; quin etiam Ap. Sid. IX, 11, 5 *nullas ad ullum peculiares litteras dedi*.

Omnibus locis *ullus* negatur et complementum plane est substantivi quisquam. Neue-Wagener II³, 519. Alia vide s. v. quisquam 503 sqs. Hdb. 446. Kuehner II, 467.

Ex Valerio afferro 35, 24 *cloacis, quibus haud facile capaciiores ulla urbs habeant*.

Cum hoc usu optime consentit 112, 27 modo si *cons*
cordi animo id facere possitis neque dissidentes in ulla
(P) pericula prolabamini. ex quis facile noscatis (= und
 nicht zerstreut in irgend welche Gefahren geratet, wobei
 ihr erkennen werdet . . .).

Nulla A, quod Kuebler praetulit, iam Ausfeldio dis-
 plicuit, qui multa scribit certe non satis curans apparatus
 criticum. Tamen id, quod propositum, multa eodem fere
 tendit quo ulla. Mutationem autem facere, si id quod
 traditum est, satis intellegimus, permisum non est, etiam si
 forte leni sane opera aliquid, quod mallemus, assequi
 possemus. Quod ad scripturam attinet *ἀρρότητας* nn in
 A facilissime oriri potuit. P igitur ducem sequamur.

7. De pronomine *nullus* (*nemo*).

Hdb. 448. Kuehner II, 478. Neue-Wagener II², 520.

Sublatum est a Valerio discrimen inter substantivum
nullus (*nemo*) et adiectivum. cf. arch. IX, 506. Propter
 parvum exemplorum numerum omnia, quae inventa habeo,
 proferam: 7, 27 *nemo enim vas vacuum consignaverit*.
 17, 11 *cum crastini ratum pignus nullus facile possederit*.
 Item substantivum *nullus* legimus 109, 6. 165, 1, ad-
 iectivum vero 122, 12. 125, 25, ubi substantivum indigena
 facile suppletur.

nulla (fem. sing.) semper adiectivum est. 120, 10.
 154, 11. Genitivus et dativus *nullius*, *nulli* iam apud
 optimos scriptores et substantiva et adiectiva esse possunt.

nullius: 90, 30. *nulli*: 15, 20. 94, 16. 98, 7.

nullum: (acc. masc.) 160, 1, (neutr. sing.) 116, 19.

In utroque exemplo adiectivum usurpatur.

nullam: 76, 27 *ut tantam illic urbem considerit ac*
fundaverit, quantam sub omni orbe terrarum nullam fama
distulerit.

nullo: 28, 12. 94, 31. 152, 23. 168, 16. Ubique ad-
 iectivum scriptum legimus.

131, 16 *nullo omnium Indorum . . . dubitante.*
nulla (abl.): 114, 19; adiectivum est.
 In plurali passim substantivum *nullus* concessum est,
 Valerius 94, 27 adiectivum adhibet *nullis*.

In textu Kuebleri 112, 28 *nulla* (neutr. pl.) codicis A
 receptum est. Vide quod ad *ullus* pronomen adnotavi.

8. De pronomine *quivis*.

quidvis: 88, 31. quodvis: 112, 15. cuivis: 82, 21.
 113, 15. quaevis (neutr.): 5, 25. quibusvis: 152, 21. Neue-
 Wagener II², 487. Reisig III, § 353. — *Quivis* coniecit Ausfeld
 132, 24, qui tamen non sine vi ad complures simul muta-
 tiones provectus haec scripsit: *quivis hominibus gentis*
eiuseus usus ferri aerisve vel stanni omnifariam ignoratus.
 Emendations vero huic loco certe opus est.

Pronomen *quivis* modo substantivum est modo ad-
 iectivum regulis grammaticis nusquam repugnans. Dubius
 locus 88, 31 *ut quidvis horum ad animum meum venerit*,
 excitare me potius ad ultionem quam ad misericordiam
 queat flectere. Kuebler in indice quidvis relativum esse
 adnotat, cuius tamen ullum scriptorem Latinum testem
 praebere non potest. Ego totum hunc locum certe cor-
 ruptum hoc modo corrigendum propono: *Ita et adrogans*
literis et satis audax in hac eadem temeritate extitisti, ut
quidvis horum, quod ad animum meum venerit, excitare
eque. Quod ante ad facile praeterit librarius.

9. De pronomine *quisque*.

<i>quisque</i> :	11	<i>quodque</i> :	1	<i>cuiusque</i> :	2
<i>cuique</i> :	3	<i>quamque</i> :	1	<i>quoque</i> :	1
<i>quique</i> :	3	<i>quaeeque</i> (neutr.):	4	<i>quosque</i> :	4
<i>quasque</i> :	1	<i>quibusque</i> :	3		

Neue-Wagener II³, 492. Hdb. 371, 440, 447. Kuehner II, § 119, 7. Draeger I², 101. Reisig III, § 348 et adn. 362. Kvičala 107. Woelflin 78–82.¹⁾

Apud Valerium pronomen *quisque* tam variis modis adhibetur, ut constructionum, quae extant, omnium exempla proponere operae pretium sit.

Uno loco unusquisque inveni: 123, 9.

Quisque cum superlativo constructum: 75, 20 *ab op-
tumo quoque*. 31, 4 *lectissimos quosque*. 116, 2 *qui-
busque de proximis locis*. cf. Plaut. *Most* 155. Script.
hist. Aug. ter singularem, 16^o pluralem offerunt. Tertullianus
uno quoque pluralem praefert.

Quisque cum comparativo coniunctum: 29, 20 *qui-
que armiger . . . aetate proiectior*. 130, 7 *quibusque in-
cautioribus*. Hoc iam inde a Pomp. Mela 2, 10 *ut quisque
que maioribus praestant, ita magis, usque ad scriptores
infimae aetatis incrementum capit; raro apud Apuleium,
seipissime apud Tertullianum invenitur*.

Quisque cum positivo constructum formas tantum
plurales ostendit, et primum quidem, ubi neutrum genus
excusationem habet: 98, 20 *quaesque praesentia*. 152, 14
in quaesque dubia. Deinde, ubi talis excusatio abest: 6, 2
quosque praeses. Hoc exemplum inde, quod adiectivi
praesens superlativus formari nequit, declarationem habet.
30, 4 *arduis quibusque*. 154, 24 *strenuas quasque*.

Hic usus originem capit ex eis verbis, quibus signifi-
cacio superlativa inest velut *eximus, praecipuus*. *Lucr.* V.
1413 *pristina quaesque*, posteriores tamen ut Tertullianus
nullos iam sibi imposuerunt fines. cf. Loennegren ad *Sulp.*
Sev. p. 13 et Mueller ad *Ap. Sid.* p. 87, ubi immensa
quædam exemplorum copia collata est. Sittl 131.

1) E. Woelflin, lateinische und româische Comparation.
Erlangen 1879.

Quisque pronominiis relativis²⁾ est iuxtapositum numero
singulari: 106, 26 *quae cuique est*. cf. 28, 16. 107, 13
quae vulgo privatim quisque faciebat.

Numero plurali: 98, 8 *quae si . . . nacta sint . . . re-
sultarent et (sc. quae) quosque . . . urguerent*.

Quisque post *ut* aut post pronomen reflexivum scri-
bitur numero singulari: 38, 23 *prout cuique*. 93, 21 *ut
quodque*. 110, 4 *ut quisque in haec officia venisset*.

Numero plurali: 153, 3 *ut quaeque . . . editae fiant*.
106, 3 *sua cuique*. cf. 13, 16. 17, 3. 119, 4 *igitur irent
quisque securus in sua*.

Adnotentur etiam haec exempla: 119, 26 *cuiusque
preiū*. 137, 4 *cuiusque generis*. Cic. republ. 3, 9.

Pluralis et singularis numerus pronominis *quisque* a
Valerio nulla ratione discernuntur. Itaque hoc pronomen
modo cum plurali, modo cum singulari verbi finiti con-
struitur. 110, 4 *ut quisque in haec officia venisset*. 119, 4
igitur irent quisque securus in sua. cf. 3, 18 *inbet
omne facessere famulitium, qui aderant sibi*. Liv. II,
7, 1 *ut suas quisque abirent domos*.

Quod idem fit in his exemplis, quae nos ad alium
usum pronominis *quisque* perducunt: 167, 18 *sed quisque
id sacerdotium nanciscitur, sit et genere nobilis*.
166, 27 *quisque autem Macedonum . . . proiector sit
aetate . . . his fieri facultatem*. His locis *quisque = quisquis,*
quicumque. Porro adicio haec exempla: 8, 7 *is ipse, quisque . . .
coluiissent*. 67, 3. 107, 23; 27.

Haec dicendi consuetudo, qua *quisque* in vim relativi
pronominiis traducitur, ex usu fere obsoleto inde a priscis
scriptoribus raro propagata est, non plane ab optimorum
libris abhorret, magisque apud posteriores dilatatur.

Res notior est, quam ut exempla afferre necesse sit. cf.
Kluge 40. Roensch, *semas.* 2, 44.

Tamen, etsi Valerius pronomine *quisque* satis libere
utitur, non sibi concessit *quisque* et *uterque* promiscue
scribere neque *quisquis* pro *quisque*, quod Plautus et
Cicero (Madvig. de fin. V, 24 p. 645), nemo tamen poste-
riorum, ut videtur, solebant. Nullo loco *quisque* pro *ali-*
quis, *quisquam* observavi.

Iam vero *quisque* = *quisquis* nos ducit ad pronomina
relativa.

Pronomina relativa et interrogativa.

1. De pronomine *quisquis*.

quisquis: 4. *quidquid*: 10.

Alias formas non inveni. cf. Neue-Wagener II², 508.
Itaque recte Kuebler 78, 5 quo AP in textu posuit contra
quoquo T, praesertim cum *quisquis* pro ipso relativo nus-
quam occurrat.

Semper hoc pronomen substantivum est. Duo loci,
quibus videtur esse adjективum, aliter explanandi sunt:
56, 22 *quisquis illam* (sc. hastam) *rex milesve Graecus*
aut barbarus humo evellere ausus foret (= wet nur immer,
sei er ein König oder . . .). Similiter 39, 11 *quisquis tu-*
deum rex es, qui *praestare diceris huic terrae mundumque*
ipsum interminem regis. Hunc locum diligentius inspicere
alia re cogimur: fragmentum H pro *quisquis* habet *quisque*,
quod, ut supra vidi mus, idem atque *quisquis* significat.
Accedit vero, quod *quisque* ut relativum positum nullo
loco ad enuntiationem relativam, quae sequitur, spectat,
sed semper *quisquis*, velut 163, 1, 2. Itaque *quisquis* refi-
nendum.

Una res, si ad usum syntacticum oculos vertimus,
memoranda est. Saepius enim post *quisquis* coniunctivus
occurrit, qui tamen in nullo exemplo attractione modi,
quae vocatur, ortus est ut in Plaut. *Trin.* 437 *di duint*
tibi quaequamque optes. At cf. Plin. *nat. hist.* 27, 109
purgat cicatrices et nubeculas et quidquid obstat. Hic
coniunctivus nullam excusationem habet; tamen haec con-
structio scriptorum propria est posteriorum: Val. 29, 4

en tempus est, quisquis Alexandro sese cupiat militare.
cf. 71, 2. 100, 10. 101, 27.

Ceterum indicativus adest: 4, 26. 33. 30. 39, 11. 73, 3.
100, 26. 122, 26. p. 96, 23 sensus irrealis coniunctivum
desiderat. cf. Hdb. 371.

2. De pronomine quicunque.

quicunque: 1 cuiuscumque: 1 quicunque (plur.): 5
quaecumque (fem. plur.): 1 quaecumque (neutr.): 6 quos-
cumque: 1. Neue-Wagener II^o, 488.

Semper hoc pronomen substantivum est et plerumque
cum indicativo construitur a Valerio. Duo loci, quibus
coniunctivus praebetur, attractione illa, quam dixi, excu-
santur: 94, 2 *privata pocula fieri sinat, quaecumque*
accepit haerienda. 152, 12 *ecquid operis pretii sit his,*
quicunque hostili fervore in nos cupiant militare. Alter
se habet hic locus: 143, 22 *e metallo cuiuscumque modi.*
Nam si copula excidit, quod evenit in huiusmodi sen-
tentiis: cuiuscumque modi est, pronomen relativum vim
pronominis indefiniti nanciscitur.

3. De pronomine qui.

Primum de forma pauca submoneam. *Quis pro quibus:*
112, 29. 132, 27. Praeterea P 136, 5. Haec forma satis
nota est. cf. Neue-Wagener II^o, 469.

Lectio 45, 15, quam Kluge A codice auctore adnotat,
codice T, qui illi viro docto nondum in promptu erat,
emendata est sic: *est igitur ita natura descriptum, ut qui*
ista . . . Illud quis A eo ortum est, quod sequitur ista.

Alia etiam ad formam spectantia haec sunt:

A	P	H	Kuebler
38, 20	qua	qua	qua
112, 20	qua	quae	quae
122, 20	qua	qua	(Ausfeld quae)

122, 19 *gigni quis neget cuncta ratione, esse, qua-*
nata sunt, moxque occidere inferireque ratione? Hoc loco
Mueller et Kuebler ut qua AP retinenter, ratione inter-
miserunt, Ausfeld qua in quae correxit; falso. Retinendam
esse hanc formam censeo, quippe quae omnibus tribus locis
memoria comprobata sit. Nam etsi haec forma pronominis
indefiniti est propria, tamen per analogiam quandam sane
in relativum translatam esse potest.

Eiusmodi exempla etsi Neue-Wagener II^o, 443. 467
ascribere omisit, tamen non desunt: cf. Vitr. I, 1, 2 *fabrica*
est continuata ac trita usus meditatio, qua manibus perfic-
tur. VIII, 3, 199 *mulina angula, qua etiam memoratur*
ab Antipatro. Utroque loco manuscripti in qua et quae
discidunt. Rose² qua scripsit.

Venio nunc ad librorum discrepantium longe dilatataam,
dico scripturam quo et quod:

T 2 quod pro quo

A 2 " " " A 1 quo (corr. in quod) pro quod

P 4 " " " P 3 "

Alia perturbatio codicum est inter quid et quod: 25, 19.
82, 4. 134, 27. 148, 14. 153, 20.

Proferamus de una etiam relativi forma id quod
sentimus, etiamsi propter exiguum exemplorum numerum
res haudquaquam certa est: 68, 2 *qui mecum a Macedonia*
inierant hunc laborem, quorumque comitatu Europa nobis
omnis accesserat. 45, 3 *aditus porro tenues angustique,*
qui que agminibus militaribus inviabilis . . . habeantur
(= und die infolgedessen für ungängbar galten). Iam in
hoc exemplo pro quique intellegi volo qui; tamen particula
que fortasse hic proprium sensum retinet. At cf. 56, 12 ipse
quique ad Scamandrum, ducem suarum partium, qui que
(sic A) curabat tunc Macedoniam sese profecto. Hoc loco
quique = qui esse nemo negabit, etiamsi vertere possemus
hoc modo: an Scamander, den Führer seiner Truppen und
der damals . . . quod idem est ac der der Führer . . . war und

der damals . . . Tamen praebetur hoc loco refugium: nam P habet qui, quod Kuebler recepit, haud necessario. 80, 4 ingratī Philippo, qui tribus bellis auxilio vobis et subpetūs iniuriam, quae omnis vindictæ vestrae profecerat. Ita AP Kuebler. Haec vix intellegimus. Tantum abest, ut mutemus, ut rectius distinguamus: ad ingrati vocem postulatur verbum eratis vel simile quid, quod omitti non debebat. Porro quique declaratione caret. Itaque post fuit levius distinguendum et post profecerat signum exclamationis ponendum est. Sic germanice: ihr undankbaren gegen Philipp, id est: ihr, die ihr gegen Philipp undankbar waret, der euch half, und die ihr euch nun über Alexander beklagt . . .

Attamen ubi quique exspectamus, qui solum extat: 76, 13 Athenienses nos, qui amici Alexandro fuerimus, qui magisteria nostra eidem praeiverimus, inimici tanto viro malumus esse quam amici? E contrario rursus 153, 22 quicumque Amazons bella depositent, cuiusque (sic AP) eventum non satis arbitramur utrius de pari. Hoc loco quique pro qui eisdem causis ac supra excusari non potest, itaque iam Mai contra AP cuius substituit, item Kuebler. Immo vero significatio particulæ que simil modo debilitata est atque in namque 153, 4, 161, 22. Accedit 156, 29 Bactra te vidit, Aethiopia salutavit, Scythæ tremuerunt, quo d'que uno ille versus percucurrit, ubi quodque = was alles jener in einem einzigen Verse zusammenfasse.

Postremo 10, 12 sed ovum illud evolutum sinu eius humi concrepat, cuiusque testula dissultante dracunculus . . . visitur. Ecce cuiusque = cuius.

Itaque quique = qui usurpari evicimus.

Ex exemplis qualia sunt 68, 3; 45, 3 hic abusus deri-
vandus est ita, ut primo genuina particula que significatio
retenta et tum demum paulatim oblivioni data sit; contulimus

namque et nam. Scilicet Valerius fortiores adamat verborum formas.

Nullum huius consuetudinis praeter unum exemplum in historia Apollonii inveni: c. 50 Tharsia iubet in conspectu suo adduci Theophilum villicum. Quique cum adductus fuisset, ait ad eum Tharsia.

Commemoro etiam duos locos, quibus Kuebler, nisi fallor, erravit: 72, 4 at quosque — id per deos deliberate — quos tandem. Suffixum que delevit Kuebler, falso id quidem, siquidem quique pro qui interdum a Valerio usurpari statuimus. Tamen totus hic locus graviter corruptus est, cum tradantur haec: ad quosque — i. p. d. d. — quid tandem . . .

146, 6 agnoscisne, ait, Alexandri illius, quam mentiri non potes, faciem? Sic A. Non est, quod Kuebler cum P quem ponat.

4. De pronomine quis? quid?

Pleraque exempla praeterire possum. cf. Kuehner II, 481. Neue-Wagener II³, 430.

Affero tantum quid = warum: 3, 1, 76, 6. Quis cum genetivo coniungitur 33, 3, 90, 27, 95, 28 alias. Adamat Valerius quid tandem: 57, 10, 72, 4; 9, 73, 25.

Creberimum est substantivum quis, quid: 113, 15 patet quippe cuius nosse, quis ille sim Porus. Ille Porus apposito est. cf. 33, 30.

Aliter res se habet 76, 23 quis rex tyrannusve quisque Graecorum imperatorum Aegyptum aliquando adgredi ausus est. Hic rex tyrannusve appositionem intellegere licet, nisi quisque Graecorum subsequeretur. Nam ut hic Germanice wer von den . . . dicimus, ita illuc verisimilius mihi videtur esse welcher König oder . . . interpretari. Quis igitur adiectivum est ut his quoque locis: 122, 27 quae tam erunt inter homines discrimina fortunarum? quae

dispar ratio gloriae? quae diversitas dignitatem? quis voti modus? Res per se plana est. 156, 27 quis enim praedicationis finis istud capit . . .?

5. De pronomine quisnam.

Interdum simplex pronomen interrogativum Valerio non satisfecit ita ut quisnam scriberet.

quisnam: 47, 1.	quaenam (fem. sing.): 121, 11.
quidnam: 6, 29, 146, 7.	quodnam: 15, 14.
cuinam: 121, 25.	quemnam: 166, 4.
quanam: 2, 22, 4, 2, 15, 27.	quasnam: 121, 28.
124, 26.	

Interest contemplari, quas voces Graecas Valerius suis verbis vertat:

6, 29 quidnam, inquit, o propheta, me (sic) fiet . . .?	τι ποιήσω;
146, 7 sed quidnam in- tremuisti . . .?	τι τρέψεις . . .;
166, 4 quemnam sibi re- gem ipsi substituant.	ὅν ἄν βοέλευτας βασιλεύῃ.
121, 11 quaenam om- nium bestia.	τι ἀριστα πάντων ζώων.
47, 1 quisnam eorum ipse Alexander foret.	ποτος ὁμῶν λατερ ἡ Αλέξαν- δρος;
2, 22 dic ergo, quanam usus perfici adeo veri amicus clivis.	ποτησ αὐτοις τελέσεις γράμματος.

His locis *nōtōs* pro *τι* adhibitum esse nemo non videbit. Nam in lingua Graeca paulatim *τι*; adeo reprimunt, ut in lingua neohellenica, quam dicunt, exceptis nonnullis formis vocabulo *nōtōs* extinguitur.

121, 27 quaerit etiam, quas-
nam in homine partes
honoriores esse existi-
marent. Laevas esse
responsum est.

nōtōs *zpeltrorū* *μέγε*.

Hic non solum *nōtōs* pro *τι*, sed etiam pro *τέττας* adhibetur. Latine quoque quisnam nimirus pro *ut* usurpatum est. cf. Jannaris §§ 589. 590. Blass 36. 172.

Alia exempla affirme necessarium non est nisi unum 124, 26; legamus cum Birtio: *incertum quanam magica arte evanescent.*

6. De pronominibus ecquis et equisnam:

	T	A	P	Kuebler	ego
17, 3	equid	—	et quid	equid	—
20, 16	et quid	—	et quid	et quid	et quid
21, 18	et quem	et quem	et quem	et quem	—
27, 19	equid	—	et quid	equid	—
32, 17	et quid	quo	et quid	equid	et quid
44, 24	—	et quod	equid	equid	et quid
52, 16	—	et quem	et quem	et quem	—
64, 10	—	equid	equid	equid	—
92, 10	—	—	equis	equis	—
93, 26	—	—	equid	equid	—
122, 7	—	et quid	etquid (B)	et quid	—
133, 21	—	equis	—	equis	—
134, 27	—	et quod	—	equid	et quid
139, 7	—	equid	equid	equid	—
148, 14	—	et quod	et quod	equid	et quid
152, 12	—	equid	equid	equid	—
162, 21	—	et quid	quid	equid	et quid
4, 7	et cuinam	—	—	et cuinam	—
146, 23	—	et cuinam	et cuinam	et cuinam	—

Ad hanc tabulam illustrandam haec dico. Huius pronominis a libris manuscriptis variae formae nobis oblatae sunt: *ecquid*, *et quid*, *et quod*. Veteres grammatici falso docēbant *ecquid* ex *en quid ortum esse*. Ab *et quid* potius origo est ducenta. cf. *et enim, nai yāg*. Birt, arch. XV, 76.

Quodsi et *quis* bonis libris est probatum, in textum quoque recipiendum esse Birtius mihi persuasit. Valerium si respicimus, in codicibus modo *ecquid* modo *et quid* legitimus. Nos, si potest fieri, optimum quemque codicem sequi debemus, qua in re Kuebler non sibi constat: 44, 24 *et quod A ecquid P;* rectius Kuebler A secutus esset, quippe quo *et quid* commendatur; nam *quid et quod*, quatenus confusa sint, supra p. 79 ostendi.

Eadem de causa 148, 14 *[metuebatque mater, et quod aetas illa temere consultaret] et quid postulandum est*. Certe vero, quod iam Kuebler vidit, Muelleri correctio nequid sine necessitate ex Graeco substituta est. Nam vertendum est hoc modo: und die Mutter wartete ängstlich, was ... cf. *ἀγωνίσας περὶ τὴν δυνάμην τέκνου, μὴ θλιψάντης τοῦ περιγράφειν*. E verbo *ἀγωνίσας* ipsum metuere = in *Angst* sein declarationem habet. cf. 134, 27.

20, 16 *et quid.* inquit, laboris aut artis genus est, quod tibi ad certamina praeparatur? Certe Graeco textu commotus Kuebler sic distinxit: *καὶ ποῖον ἀσκήσας τοῦτο ἐπιθεμέτ;* tamen non respiciens in Graeca quoque lingua dibilitatum particulam esse: *καὶ ποῖον = ποῖον*.

Alio loco Valerius ipsum *ποῖος* transfert in *et quis: 4, 7 et cuinam,* inquit, *deo;* cf. *ποῖον θεό;* ubi simul *et quis* adiectivum ab eo usurpari eluet. Scribendum igitur censeo *et quid.* inquit, ...

Nullo loco Valerius significatio genuina servata est, velut in Plaut. Stich. 222 *qui cena poscit?* *ecqui poscit prandio?*

Iam vero *et quid vel ecquid* quas habeant significationes, perspiciamus. Primum *ecquid* = *numquid*, quod uno tantum loco occurrit 148, 8.

64, 9 *sciscitatum Apollinem
mittunt, ecquid sibi
redintegrare urbem Thebanam fata permitterent.*

134, 26 *percontans, et quid
si vitae praedicto adeo
urguerer, revectari tamen
ad Macedoniam corpus
meum dū promitterent.
cf. 27, 19, 32, 17.*

92, 10 *ecquis foret, quae
ritant (= ob vielleicht
einer).*

Ex hac significatione facilimme derivari potest wer. Quo factum est, ut *ecquid* plane cum *quid* interrogativo confusum sit, quod apparent ex his exemplis: in corpore gloss. lat. inveni haec: *ecquis = οἷος τις II, 58, 13; 14. II, 63, 6,
= aliquis IV, 59, 18, V, 288, 28 saepius.*

52, 16 *et quem enim vul-
neratum inquit, vestrum
quemve interemptum aus-
diens hoc coniectem.* cf.
21, 18.

17, 3 *rimabatur, ecquid
sibi quisque polliceretur.
cf. 139, 7, 162, 21.*

122, 7 *cumque post haec,
et quid sibi a rege
vellet, largitum iri pol-
liceretur; falso Kuebler
distinxit et, quid. O*

*χρησμὸν λαβεῖν, εἰ δὲ
(= überhaupt) ποτὲ ἀνα-
πτύσσωται Θεράποι.*

*ἐπηρώτησαν ληγεῖν· εἰ δὲ
πλέοντα τὰ τῆς ζωῆς ἔργα,
τούτῳ βαθέως παρ' ὑμῶν
μαθεῖν, εἰ δέ αὐτοκομιδὴ
οφεῖται εἰς Μακεδονίαν.*

*αὐτὸν ἐπειδόντος περὶ
αὐτοῦ τοὺς ἄντες.*

*εἰ ἔχει ληγεῖν; ὅτι τελετῆ
τοις δὲ ἀρισταῖς παρα-
τάξαι; τελετῶι δέ τε τοις
βαλλόμενοι.*

*εἰ μοι χρησμὸν τῷ καθηγητῇ
οφεῖται;*

*αὐτές τοισθε με τι θέλεις καὶ
δίσια ἔμεν.*

quicquid, quod Cillié
(p. 41, 18) praefert sine
ulla necessitate.

93, 26 *ecquid*, inquit, hoc
est, quod pocula . . .
avertisti? cf. *quid est*
hoc quod. v. s. p. 34.

44, 23 *miraculo est*, ait, et
quid vis barbara ad-
versus huiusmodi muros
potuerit obtinere.

Ex his exemplis appareat, quam varias locutiones Graecas
pronomen *ecquis* amplectatur.

7. De pronomine *uter*.

148, 10 *utrum enim iustius sit*, vide, ultiōnem suis an
vero vicem gratiae praestitisse? 154, 17 *progressae igitur*
utra sub lege vultis, praeter amnem ad nos venite. Nihil
habeo, quod adnotem.

8. De pronominibus *tot* — *quot*.

73, 28 *quodsi illi non adsunt tales aut tot.* cf. 79, 10.
98, 1; 27 et ubique. 77, 18 *quot enim exercitus milia urbs*
illa alere possit, haud dubium est. cf. 148, 22. 156, 6, ubi
semper *quot milia extant verba.*

Aliis autem locis *quot in quanti mutatum est:* 123, 5
etenim quanti qualesque meorum etiam proeliis cecidere?
quantii vero adepti desiderata? 154, 23 *mittite sane ad*
commilitum mihi strenuas quasque equites, quantas vultis.
cf. Landgraf 429.

Tanti = tot nondum inventur.

Qua ratione lingua paulatim mutetur, optime cognosci
potest his exemplis inspectis, quae ostendant transitum
illum partim iam perfectum, partim in medio statu versantem,

αράς τι ταῦτα ἐγκατέλειπεν.

Ταῦτα τοῖς παρελθόντες
τὸν τῶν βαρβάρων.

partim modo nascentem. Valerius, quod ad hanc consue-
tudinem pertinet, in medio statu versatur; habet enim
quanti pro *quot* nec tamen *tanti* pro *tot*.

Omnino in cottidiano loquendi usu indeclinabilia odio
sunt iam classicis, quae dicuntur, temporibus. Praeterea
illud Graecae linguae τοῦτον — τὸν fortasse exemplum
fuit, cf. Sittl 119. Prop. I, 5, 10 at tibi curarum *milia*
quanta dabit. Stat. silv. IV, 3, 49 o *quanta* pariter
manus laborant. Tert. apol. 50 multi apud vos ad tole-
rantiam doloris et mortishortantur . . . nec tamen *tantos*
inveniunt verba discipulos, *quantos* Christiani factis
docendo.

Ab hac libertate ac licentia nec scriptores iuris Romani
nec scriptores historiae Augustae abhorruerunt: Spart.
Hadr. 7. Lampr. Al. Sev. 25. E scriptoribus ecclesiasticis
eligo Lact. corp. XIX, 244, 15: *quanta hominum milia.*
Porro cf. Ap. Sid. VII, 6, 9 et saepius. Cas. Fel. 49. Ben.
Nurs. c. 9, 1 et alias passim. cf. Draeger I², 104. Roensch,
semas. 2, 43. Roensch, 336 rh. mus. 37 (1882), 107.

Quot et tot paulatim plane interierunt, at contra *quanti*
et *tanti* in lingua Francogallica adhuc vitam habent: *quant à*
quantes fois. tant. cf. Koerting.

Eodem modo *aliquanti* = *aliquot*: 157, 27 quare
moratus ibidem diebus *aliquantis* reficiendo scilicet militi.
Tert. adv. Marc. *aliquanti* indigni. Eutr. IV, 27 *ali-*
quanta oppida. Roensch, 338; semas. 2, 2.

Pronominalia.

1. De *alius* et *alter*.

Adsunt haec formae passim admissae:

alius:	4	aliud:	12	alii:	2	alia:	4
alium:	1	aliam:	2	alios:	7	aliis(dat.establ.):	11
alio:	8						

alter: 1 alterum: 3 alteros: 1

alterius: 2 alteri: 4

alterum: 2 alteram: 3

altero: 1

Neue-Wagener II^o, 530

Videtur genetivus *alius* extare p. 143, 7.

Quod ad usum syntacticum attinet, viri docti docent in lingua posterioris aevi *alius* pro *alter*, vice versa *alter* pro *alius*, *alii* pro *ceteri*, reliqui adhiberi. Hdb. 449. Kuehner II, § 119, 10 adn. 16. Draeger I^o, 104. Reisig III, § 198.

Optimos scriptores Valerius sequitur in his exemplis: 86, 20 enim ego, qui tot proeliis, tot victoriis doctus nihil aliud nisi de incremento vestrae gloriae cogitaverim. 118, 18 nihil ... aliud ... quam. cf. 151, 12.

Alius ... *quam*, si particula negativa apposita est, inde a Sallustio demum saepè occurrit, perraro tamen eius modi particula non addita. Hdb. 383. Semel Valerius ita scribit: 159, 1 die secuta alio, quam veneramus, itinere repedamus.

Alter ... quam nullo loco extat. 124, 11 nihil aliud praeter. 99, 12 si in aliis quoque relevandis tuis met memineris ut mortalis. 120, 24 rursus quaerit ex alio. cf. 121, 4. 149, 17 chlamydem etiam purpuream intextam que auro aliaque praeterea. cf. 160, 26. 17, 4 aliusque opes, aliis gratiam dignitatesque amplissimas verbis ... pollicentibus. 23, 2 quippe iam ceteri, qui cursu praevenerant, alius alio casu prolapsi. 144, 12 inter haec et celata illa atque ad caelum suspicanda palatia interfluere Argyritum flumen et alium Pactolum fluvium mirabatur. cf. Iuv. VII, 94 quis tibi Maecenas, quis nunc erit aut Proculeius aut Fabius? quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?

Ab omnibus comprobatum est significare *alius* ein anderer, alter der andere sive ein zweiter. Servavit igitur 144, 12 Valerius rectum pronomen, cum Iuvenalis alter pro *alius* scribat. Tamen Valerium licentius ambo pronomina permiscuisse satis his exemplis efficitur: 86, 7 spem scilicet et pudorem, quarum *alterum* praerogativa praeteritae virtutis ostendit, aliud vero importuni metus opinionibus adumbratur. 103, 18 satrapae duo, quorum nomen alteri Besas erat, aliis vero dictus Ariobarzanes.

Quoniam utrumque pronomen ita in eodem enuntiato iuxtaponi vidimus, miri nihil habet, si similiter *alius* — *alius* pro *alter* — *alter* nobis obvium fit: 14, 19 o puer, aveo quidem et vultu fruens et moribus tuis, eorumque aliud duco ad similitudinem nostri, aliud vero auctius, quam ut sit ex nostra natura. Haec vero dicendi negligentia ne ab aliis quidem scriptoribus est aliena, vide Plaut. capt. 8 seni huic fuerunt filii nati duo; alium quadrimum puerm servos surpauit. Vitruv. X, 7, 15 duo arietes ... aliis ... alium. Sen. nat. quaest. V, 10, 2 alteram partem aeris attrahit, aliam vero impellit. Tac. Ann. IV, 48 igitur hostes incuria eorum comperta duo agmina parant, quorum altero populatores invaderentur, alii castra Romana adpugnarent.

Hist. Apoll. c. 7 *alia die vero in civitate sua quaeritur.* c. 51 RB *unum – aliud.* RE *unum – alterum.* Lact. corp. XIX, 278,18 quoniam igitur ut dixi philosophia et religio deorum diiuncta sunt longeque discreta, siquidem *ali i sunt professores sapientiae . . . ali religionis antistes.* Sulp. Sev. I, 11, 15. I, 39, 4. Ap. Sid. VII, 5, 1. Ben. Nurs. 52, 6. cf. Roensch, *semas.* 2, 2.

Quibus constitutis redeundum est in Valerii libros, quorum memoriam uno loco a Kueblero addubitari videmus: 124,8 hique sunt promisce mares atque aliud *secus,* omnes tamen ad nostrata corpora. AP, quod hoc modo intellegendum puto: diese sind zugleich männlich und anderen Geschlechtes, alle jedoch . . . Noluit Kuebler in hac probabili memoria acquiescere et in alias sexus verba mutavit. Attamen scrupulus haeret in hac scriptura, quan- doquidem ad locum sanandum duas correctiones facere coactus est, quod non probo nec quisquam probare poterit. Immo vero aliud *secus recte* se habere constat; cf. Plaut. Rud. 106 *filiolam ego unam habui, eam unam perdidii: virile sexus numquam ullum habui.* Ex hoc exemplo, nisi quod *sexus, non secus scriptum est,* appetat tamen neutri generi vocabulum esse. Liv. XXVI, 47, 1 liberorum capitum *virile secus ad decem milia capta* (= freie Menschen männlichen Geschlechts); cf. Draken- borch in adn.: *secus* igitur neutrum et indeclinabile est. Quis est, quin animadvertis pronomen aliud rectissime neutri generi respondere? Auson. 26, 2,8 *secus muliebre,* ubi libri consentiunt. Valerius igitur, etiamsi omnibus ceteris locis *sexus* habet, tamen in hac formula *secus recte* servavisse potest. cf. 152, 23. 153, 4. Hdb. 232. His etiam alia accedunt, quibus Kuebleri mutatio refellitur; nam cum formam, quae apud Valerium nusquam scriptam legimus, eiciat, *secus* dico, aliam infert, quae non minus singularis est alias. Nobis igitur id, quod libri habent, offensionem non affert. Denique de ipso loco comme-

morandum est aliud pro alterum exhiberi, quod nemo mirabitur.¹⁾

Porro id Valerii sermonis proprium est, quod alii et ceteri (reliqui) promiscue usurpantur. Primum exempla congesi, quibus horum pronominalium similitudo appro- batur: 91,27 *id enim etsi parum consultum aliis videtur regem sui ipsum pro se nuntium fieri, tibi tamen istud auxilio nostro proclive est.* 112,21 *nisi forte aliis addu- bitibus timentibusque egomet ipse legationem mei apud Darium facere dubitavi.* Cum his cf. 62,23 ad quam foetunam ceteris praestupescientibus prae vi malorum uni tibicinum forte consilium subit.

Plane alii cum ceteri (reliqui) confusa mihi videntur esse his locis: 134,18 *ego tamen coronis atque alio reli- gioso honore.* 151,24 *victorias nostras et in Darium bella eximque in alios,* in quoscumque militavimus. 57,17 *eximque in Phrygiam venit atque illuc Hectora Achilleaque unaque alios heroas divum honore participat.* cf. 29,2 o *Pellae proles et Macedonum vel Atheniensium Corinthique pro- genies ceterarumque Graeciae gentium nomina.*

1) Licet obiter perstringere locum Apulei, quem Helm falso corredit: met. III, 20 *tum quidem nubi iam fatigato de propriis liberali- tate totis puerile obdelt corellarium tamque luminibus nostris vigilia mar- cidis infussa sepor etiam in alium diem* (sic coll.). nos affinuit. Corredit cum Scipio Helm alium in alium. Tamen vereor, ne hic sit germanismus, quem dicimus. Nam nullo loco altius hac significazione utitur, cf. Naegelsbach 279. Ea vero exempla, quae in thesauro adscripta sunt, nihil ad rem efficiunt, magni contra momenti nihili videntur esse ea, quae s.v. *alius* ibidem 1,1627 colliguntur: Plaut. Aul. 531 *spes pro- rogatur militi in alium diem.* Poen. 500 *res serias omnis extolle ex hoc die in alium diem.* Plin. ep. III, 5, 11 *post solem plenisque fri- gida lavabatur, deinde gustabatur dermefactaque minimum;* mox quasi alio die studebat in cœse tempus. Script. hist. Aug. (Spart. Hadr.) 17, 7. cf. Mueller, Neue Jahrbücher (1890), 713. Itaque hoc Apulei loco id, quod traditur, est retinendum.

Versa vice ceteri pro alii legimus 123, 9 haec denique una vivendi lex est, velle sibi unum quemque, quod penes alterum videat, ut habeat ipse quoque, quod mox transmittat ad ceteros. Qua de causa non assentior Cilliè, qui alios mavult scribere adnotans exemplum 122, 13.

Pristinis temporibus hic usus frequens non est. cf. Draeger I^o, 104. Ter. Phorm. 1020 quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras. Cicero haec evitat. Verg. Aen. III, 211 insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno harpyiaeque colunt aliae. cf. v. 321, Liv. I, 7 sacra diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi. Tac. ann. I, 30 desolatus aliorum discessione. De scriptoribus posterioribus a viris doctis adhuc nihil adnotatum video.

Ut alius pro alter posuit Valerius, sic etiam alter pro alius. Regulas grammaticas secutus est in his exemplis: 95, 16 rex vero natatu quam valentissimo emensus periculum alterius ripae iam potiebatur. 29, 27 peritia quippe veteris usus rudis manus audacia dirigenda est: quorum alterum vos, alterum iuventus existimatur. 30, 8 ut iunioribus manibus consilium vos fiat. Alterum quippe alterius egere quis dubitet? cf. 132, 18.

Vulgaris tamen sermonis propria est haec neglegentia; cf. Weise, 68: 13, 20 alteri ... illius. cf. 20, 5 hac atque aliter. 12, 18 altero ... laevo. cf. alter ... alius: 86, 7. 103, 19. 157, 21 et duas stelas, id est titulos sui quosdam ibidem dereliquit, quorum unus ex auro, alter vero argenteo habebatur. cf. Cor. I, 4, 6 unus adversus alterum. Tamen iam dicit Hor. ep. II, 1, 74 si versus paullo concinnior unus et alter. Apud posteriores ubique similia occurrunt. O (Cilliè 39, 16): dum unus nostrum occumberet, alter fieret in regno successor?

Maximi autem momenti figura unus—alter est, quia ex hac francogallicum illud l'un—l'autre processit. cf. Thielmann, arch. VIII, 359.

Alter aequiperatur pronomini alius his locis: 3, 22 abiecta me velit in alteram transiugari. cf. 23, 25 et ego cum matrem aliis regalibus nuptiis coniugabo. 24, 5 potiare, inquit, o rex, Cleopatrae, potiare, e qua tibi spero privatos filios atque incomunicatos¹⁾ a litteri proventuros. 39, 19 alteri cuidam aerae procul extra, quae praeripuerat, superponit. cf. gr. ἐπὶ τίνος ἔτερον βαρόν.

Pauca denique, quae ad textum pertinent, adnecto: 74, 2 orationis plusculum in curiam defulerimus aut compata satis atque (aliis) ornataiora verba. Sic Cilliè ex O supplevit (p. 26 adn.), recte. 18, 17 id tamen scriptum cum suspectasse Aristoteles, altius (T) in hunc modum Alexandro refert. Kuebler lectionem P aliud in notis adscribere omisit. Altius vero, quod coniecit, incertissimum adverbium neque usquam observatum est. cf. thes. I. I. s. v. ales. Alternis Ausfeld commendat.

Simili modo Kuebler 124, 26 cum manuscriptis scribens eque inconspectu mirum substantivum Valerio attribuit. cf. 125, 7 de conspectu nostro, ubi eadem res tractatur.

Tamen totus locus adhuc emendatione caret. Iam ad aliud pronominale properandum est.

2. De uteisque.

uterque: 25, 7. 88, 4. 95, 14. utriusque (dat. sing.): 13, 23. utriusque: 18, 28. 82, 26. 148, 13. 153, 23. utrumque: 112, 1. 144, 14. 158, 18. utramque: 91, 9. utroque: 82, 4. 117, 19. utraque: 18, 16. Neue-Wagener II^o, 541.

Primum textus uno loco in melius, si fieri potest, restituendum est: 95, 14 uteisque igitur cernuantes in

1) Georges in glossario latino ad incomunicatus hunc locum assert et sic declarat: gemeinsam gezeugt mit ... quod certe vitiosum est, cum hic locus non nisi hanc interpretationem admittat: nicht gemeinsam gezeugt.

profundum fluminis ruunt. Sed enim equum agmen vior-
lenti gurgitis pessum tractum averterat; rex vero natatu-
quam valentissimo ... alterius ripae iam potiebatur. Sic P.
quod optime habet, praesertim si conferimus 25,7 quid
enim uterque commeruimus a patre et marito? Nam
hic eodem modo uterque cum plurali coniungi omnium
codicu[m] auctoritate comprobatum est. Adde Caes. bell.
civ. III, 30,3 eodemque die uterque eorum ex castris
stativis a flumine Apso exercitum educunt. Kuebler vero
Muellerio adstipulatur utriusque corrigen[s]. Haec forma ut
iam Ciceroni in promptu est, ita non est a vulgar[i] sermone
aliens eamque licentiam omnes sibi concedebant, quod, si
duae partes inter se opponuntur, pluralis utriusque suum
habet locum, siquidem ex utraque parte complures homines
stant. Cic. ad fam. XII, 13,4 Dolabellam ut Tarsenses,
pessimis sociis, ita Laudiceni multo amentiores ultro arcessie-
runt, ex quibus utrisque civitatis ... speciem exer-
citus effecit. [cf. Ben. Nurs. 48, 5]. Civitas semper e
compluribus hominibus constat.

Quodsi verba uterque cernuentes iuxtaposita scrupu-
lum inicunt, tamen reputandum est constructionem
narratō virīs etiam tum adhiberi posse, si pro forma verbi
copula tantum adest cum adjektivo coniuncta, et ita quidem
ut copula etiam omitti possit. Tac. hist. II, 97 perinde legati
provinciaeque cunctabantur, Hordeonius Flaccus suspectis
iam Batavis anxius proprio bello, Vettius Bolanus numquam
satis quieta Britannia et uterque ambigui. Et cf.
Horatianum illud, quod est in itinere Brundisino v. 28
missi magnis de rebus uterque legati.

Igitur persuassissimum mihi est Valerium uterque
cernentes ... ruunt scripsisse, praesertim cum nusquam
plurali forma pronominis uterque usus sit; quin etiam cum
pluralibus tantum singularis a Valerio construitur: 18,14
litteras tuas Aristoteli, quas super Alexandro feceras,
intimavimus, quidve ad haec ille responderit, praesto est

tibi. Igitur ex utraque collige, quid factu opus arbitriere.
cf. 62,20 invehitur Alexander Thebas eamque diripere ...
festinat. Ceterum Valerius regulas grammaticas sequitur.

3. De omnis, totus, universus, cunctus.

Omnis vocabulum creberrium est; numeravi ca 208
locos. Primum de hoc adjektivo iuxta cetera pronomina
collocando agam. 37,1 *omnem illam de farina lineam*.
cf. 54, 2. 82, 28. 126, 29 *illae omnes Persicae regiones*.
59, 28 *quae circa occupatus omnibus hisce deficitur, quae*
ad alimoniam requiruntur. 114, 30 *vos vero hisce esse*
omnibus adfluentes, quae sint ad beatitudinem necessaria.
89, 9 *quin magis omnia haec fero et vindicta persecu-*
turus sum. 90, 14 *haec omnia in id Darium excitabant*.
72, 6 *eosne omnes, quorum*. 102, 28 *eas omnes ac*
tales. 161, 22 *namque et arbores scalptae et myrti que-*
dam ramosas ibidem notabantur, omnes istae de auro.

Iam obiter tantum haec exempla insipienti apparabit
certam regulam neque constitui posse, neque in his quis-
dem exemplis: 106, 26 *reliqua vero omnis moneta, quae*
cuique est. 167, 16 *is ubi functus fuerit sacerdotio, omni*
reliquo munere vel inquietudine sit solutus. cf. 14, 17.

Quod attinet ad significacionem, adnoto haec: *ante*
omnia = vorzüglich (98, 16), qui usus demum inde a
Livio observatur. In Valerii libris utpote ex Graeca lingua
translati graecismos insidere non miramur: 84, 1 *armanda*
tum Bactra, Indos etiam et Semiramidos regna censebat,
omnesque centum et octoginta gentes, quas sibi subditas
sciret, ad commilitum exercitare. *Omnes = si nāvēs*.

Si cum immenso numero locorum, quibus extat omnis,
11 tantum formas vocabuli totus comparamus, appareat,
quantopere Valerius ab usu linguae Romanicae absit; apud
eum numerus totus singularis principatum tenet, quamquam
toti pro omnibus scribi iam diu coepit erat: cf. Min. Fel.

21, 12 et passim. Avienus utramque vocem eodem fere modo usurpat. Sid. Ap. III, 2, 2. Mus. rh. 37, 107. Roensch, semas. 2, 55. cf. in lingua Francogallica tout. cf. Koerting.

Semel tantum a Valerio pluralis adhibetur genuina significatio servata: 72, 21 *his vero quiescentibus aut facessentibus vel ignavissimam bestiam totis gregibus perniciuos satis atque infestam esse consuesse.*

Memorandum tamen est, idque possit ad eum pertinere, qui de scriptoris patria coniecturas movet, in lingua Italica usque ad hunc diem servari ognī *(omni) (onne) (omne)*. Sed ex una hac observatiuncula quis de Valerii patria certum aliquid concludere audebit?

Assero nonnullas quaestiones ad *totus*, *universus*, *cunctus* pertinentes. Plane tres illae voces confusae sunt: 131, 15 *totius Indiae*; 80, 24 *Graeciae universae*, cf. 166, 13, 50, 23 *Persidos cunctae*. Porro legitur compluries mundi *totius*, velut 11, 24, 40, 18; 21, 26, 43, 9, *mundi universi*: 154, 7. *orbis totius*; 50, 24. *orbis universi*: 128, 2, 137, 14, 149, 7, 35, 7 *iubet igitur omnes*, *quiique per ambitum usque ad lapidem tricesimum coluisse*, *universos eodem commigrare*. Hic pleonasmus est proprius ille priscae latinitatis et Frontonis, qui prisca adamabat. cf. Hdb. 480.

81, 10 *etenim si quid eorum fortuna in praesentibus vacillaret, cunctae quoque priscarum memoriae gloriarum una sibi periturae viderentur*. Bene habet hic locus quem hoc modo converto: denn wenn ihr Glück auch nur ein wenig unter den jetzigen Verhältnissen ins Schwanken geriete, schiene ihm auch zu befürchten, dass alle Gedanken an die früheren Ruhmestaten auf einmal vergingen. Karissimus est pluralis memoriae, adeo tamen: Aug. conf. 4, 8 *et veniendo et praeteriendo inserebant mihi species alias et alias memorias*. Ceterum apud Valerium pluralis memoriae plurali gloriarum attractus est.

Haec protuli, quia Ausfeld audacius verba tradita mutavit in *cuncta quoque priscarum memoria gloriarum*

una sibi periret. Requescendum tamen nobis est in ea lectione, quae omnibus codicibus comprobatur.

4. De reliquo.

Iam vero de reliquo paucissima sunt, quae disseram: 126, 24 rursusque *exit ad horam diei quartam reliquum spatii transmittebamus*. Eiusmodi exempla inde a Livio inveterata sunt. cf. II, 64, 11. *reliquum noctis*. III, 72, 7.

120, 14 videlicet homines *reliqua nudos*, sed amicti simplici superiectos. Accusativus neutrius generis cum alio adiectivo coniunctus apud Ciceronem et Caesarem nusquam occurrit. Sallustii demum verba in hist. IV, 70 *cetera egregius comparati possunt*. Commod. instruct. I, 9, 2 *reliqua nudus incedito*.

Hanc rem ne veteres quidem viri grammatici obser-vaverunt propter parvum exemplorum numerum. cf. arch. II, 95. Adde Mart. Cap. 197, 3 *reliqua variis illitum diversitatibus*.

Alio loco in reliquis Valerius dicit: 115, 9 *illud vero ridiculum, ut cum te homunculus praeferas, tum diis quoque potiorem esse pronunties, quod ni adeset litteris tuis, in reliquis fiducia fortitudinis dici posset*. Alibi denique: 116, 24 *incessere ceteroquin nudos armorum*.

5. De unus et solus.

Primum de forma quaero. 136, 8 *quod editum iubet uno nos deo sacris obsequi*. *Uno deo ablativus esse non potest*. Ex eiusdem paginae linea 24 te probo, quod ad communem nos sacri et obsequium voces Ammonis dei concludendum est Valerium intellegi voluisse: oraculum nos iubet te sacris obsequi mecum eidem deo (sc. Ammoni). *Uno igitur sine ulla dubitatione dativus est*. Nam vocabulum unus per se neminem offendet, qui contulerit 120, 23

ex quo eo sibi esse unam domum viventi pariter et mortuo
ubi unam significat unam eandemque. cf. 111, 21. 150, 5.
Datius *uni* adest 62, 24. Neue-Wagener II³, 518
dativum *uno* rarissimum et incertissimum esse ostendit.
cf. Roensch 277. Varro r. r. I, 18, 6 *uno* operatio. cf. etiam
74, 14 illo T pro illi.

Iam vero de uso syntactico. *Unus* pronomen indefinitum apud Ciceronem semel occurrit: de or. I, 29, 132
id enim est maxime vitandum et de hoc uno minime est
facile praecipere non mihi modo, qui sicut unus pater
familias his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio.
Plaut. Pseud. 948 *ibi una aderit mulier lepida.* Arnob. II, 18
ex adsidua reprehensione et concinnavit sententias artium
et ad unum exitum temporibus plurimis commendatas per-
duxit. Roensch, semas. 2, 56.

Plurimis locis Valerii hoc vocabulum eodem quo apud optimos scriptores modo usurpat 112, 7 *unum admoneam,*
quod adtestemini. 100, 4 *id modo unum lucri habere:*
genitivus lucri non ex *unum* pendet, verum etiam ex *id;*
unum ad *praedictatum* habere referendum est: diesen Ge-
winn als den einzigen. 111, 21 *unus mihi idemque est*
sermo. 120, 23 *esse unam domum viventi pariter et mortuo.*
85, 13 *eodem momento etiam epistolam Philippo legendam*
dat. Cumque *uno* in tempore. *Unus = idem.*

Genetivum partitivum pro *ex* cum ablativo praeter
priscos scriptores nonnullos poetas velut Vergilium Horatium
alios, rarissime Ciceronem et Caesarem, saepius posteriores
scrisse notissimum est, ut exempla congerere supersedeam.
Hdb. 238.

Iam ad id, quod summi momenti est, progredior: ad-
sunt enim loci, quibus *unus* vix a pronominis indefiniti
significatione deflectit, in quibus enumerandis contextum
Graecum, ubicunque fieri potest, comparabo, ut quod
verbum Valerius transtulerit, facilius cognoscas:

87, 13 *coepito conflictu fer-*
ventique re bellica unus
ex Persis armis Macedo-
nicis induitus (= quidam).

94, 9 *unus quippe ex con-*
vivantibus, cui vocabulum
Pasarges erat. 49, 17.

94, 20 *unum e Persis.* 33, 8.
133, 23 *adhibito igitur uno*
ex Indis, qui interpres . . .
foret.

137, 18 *unum e pictoribus*
perifissimis.

150, 10 *unus ergo tandem*
ex his: have, inquit.

162, 22 *unus igitur e praes-*
sentibus magno cum ge-
mitu . . . inquit.

Hic Pseudocallisthenes de compluribus Chaldaeis loquitur,
qui deinceps interpretationes portentis proferunt. Itaque
antea ὁ πέντε εἰς legimus.

99, 16 *enimvero tunc unus*
adistentium Parmenion
in eam sententiam vadit.

62, 24 *uni tibicinum.*

cf. 20, 7 *ex cursu quidam*
rem . . . nuntiat.

27, 15 *enimvero interea Pau-*
sania quidam nomine.

50, 26 *addi nunc illud, mis-*
sisse te mihi habenam
unam vel pilam.

Καὶ τις τῶν Περσῶν.

Πισσαγῆς τις;

Πέρσης (sc. τινά).

Καὶ προαδεύτρας ἐκ τῶν αν-

απολογουμένων ποι. Τυ-

δών, ἵνα δημητρίας τέχνη-

παρ' αὐτὸν (sc. τινάς).

Ἐνα τῶν Λαυρίκων φωτέωνα

Ἐλέφαντας λαρράγων ὄντα.

Ἐνα δὲ λέγοντα αὐτῷ.

Πιργεγένετο ὁ ἔτερος Χαλδαιός

πρὸς Αλέξανδρον, ταῦθα

τὴν διάδειν τοῦ παιδίου

διεβόλος μεγάλος διαπίστων.

εἶτε εἰς τῶν σεραπητῶν Παρ-

μενίους ὄτιμας.

εἰς θηθαῖς εῆς αἰδηριώ-

δίας ἡραίς.

δραμένων δὲ τις οἰτογόρδιον

σπείρυμα τῷ βασιλέι.

ἡν δὲ τις ἐπει Πανούσιας

δύναται.

ἄλλα καὶ απέτοντας καὶ σφαιρας

καὶ κυβίστον γρεάτον ἐξ

περιψάς ποι (sc. τι).

Iam vero ut summam faciamus ex eis, quae collegimus, haec statuimus. Cum plerumque *unus* vel *cum unus* vel *cum* genitivo construatur, in uno exemplo id quoque neglectum est: 50, 27, ubi pro articulo fere indefinito est adhibitum.

Omnibus his locis *unus* nequaquam servavit suam significationem. Compluries ei respondet *εἰς*, compluries in Graecis verbis omnino non expressum est, compluries εἰς vertitur. His autem locis in Graeco quoque contextu εἰς iam debilitatum erat neque multum differebat ab indefinite *εἰς*.

Interdum iam optimis temporibus εἰς pro *εἰς* ponitur: Herod. 4, 3 *εἰς αὐτῶν θέση τάδε*. Thuc. IV, 57, 2. cf. Jannaris § 622 sq.: in post classical diction of antiquity this indefinite numeral *εἰς*, which is treated as a proclitic, met with ever increasing popularity owing to its advantage over *εἰς* of having a separate form for each gender (*εἰς, ἵνα, πίστις*) and ultimately established itself in popular speech as a kind of indefinite artical *a, an*; it still remains so in Neohellenic period. Polyb. 90 *τοπικὸς τοῦ ἀρθροτάτων εἰς*. Aelian. hist. X, 18 *ἥρετης αὐτῷ νίκη μία*. In Novo Testamento: Math. 26, 69 *καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία πανδίκη λέγοντος*. Apoc. 7, 13 *καὶ ὑπερβήθη εἰς ἡ τοῦ αποδεκτού λέγου μία*, cf. Blass 140.

Quodsi iam in Graeco contextu pronomina perturbata sunt, mirum non est, quod Valerius vertendo in hunc incessit abusum. Attamen simul ex iis locis, quibus Graeca verba pronominalia vocem omnino non expresserunt, *unus* iam ipsam appetit appropinquatam esse articuli indefiniti significationi.

Quae quamquam recte observata esse arbitror, tamen apud Valerium locutio aliquis *unus* nondum inventitur, e qua linguae Francogallicae illud aucun originem cepit. Kvičala 103.

Quoniam de *unus* vocabulo disserui, nunc ad *solanus* progrediar, ut demonstrem, quomodo apud Valerium a voce

unus differat. Contextus Graecus paucis admodum eis locis, quibus cum Latino consentit, πόνος habet:

17, 20 eo admordebat solo, 44, 23 *unum* tamen . . .
quod. miraculo est. cf. 97, 9.
114, 16 solo illo naturae sueae 102, 9 *una* tantum pro-
fretae impetu. ventuum suorum adro-
gantia delectatur.

52, 24 *latuitne te solum,* 80, 16 qui *unus* vera utili-
Alexander, Darii nomen. tatis . . . tenax ea vobis
. . . suaserit. 9, 18.

Eiusmodi exempla intellegimus, si reputamus iam classicis temporibus *unus* solus iuxtapositus esse. Ceterum *solis* = *allein* 112, 5; 8; 9, 11, 121, 13 et *unus* = *ein einziger*, einer 92, 4. 148, 1. 159, 13.

Semel collocatio *ille* *solus*, unde postea le seul originem cepit, 76, 25 invenitur, ubi tamen plena utriusque pronominis vis est servata.

Iam ad exitum perduximus quaestionem, quam de pronominibus instituimus.

Tamen priusquam huic operi imponimus finem, unum etiam locum in pristinam integratem restituere conamus: 11, 19 *cognoscit iam omnem mundum vim suam in summo culmine conversionis lene e librasse*. Sic recte Kuebler pro liberasse T (= er erkennt, wie nun die ganze Welt am höchsten Punkt ihres Umlaufs ihre wuchtige Masse leicht abgewogen hat, id est: und nun im Gleichgewicht hält.) Nihil est, quod pro *lene* librorum cum Ausfeld bene vel plene scribamus. Nam adest adverbium *lene* Ov. fast. II, 704 *lene sonantis aquae*, item Avien. descr. orb. 857 et alias. Praeterea *lene* contrarium est substantivo *vis*, quo vix melius excogitari possit. Denique in *lene* librasse sollemnis illa sententiarum clausula conspicitur, quae ex cretico constat et trochaeo. Quis eam pessumdabit?



Vita.

Index locorum apud Valerium obviorum, de quibus iudicium tulimus:

Val. pag.	pag.	Val. pag.	pag.	Val. pag.	pag.
3, 19	14	39, 12	51	112, 27	72
6, 29	17	44, 24	84	117, 19	54
8, 28	25	45, 15	78	122, 7	85
11, 9	62	46, 28	26	122, 19	79
11, 19	101	47, 27	13	123, 9	92
14, 5	28	52, 19	30	124, 8	90
15, 14	27	56, 12	79	124, 26	93
15, 21	48	59, 24	27	127, 24	25
17, 9	48	61, 5	17	128, 13	66
17, 17	67	61, 16	61	133, 28	70
18, 17	93	72, 4	81	134, 8	23
19, 16	23	74, 2	93	134, 27	84
19, 28	45	74, 14	45	136, 8	97
20, 16	84	74, 20	54	146, 6	81
21, 8	54	76, 26	18	148, 14	84
25, 20	18	79, 20	17	153, 10	68
26, 24	27	80, 4	80	153, 22	80
31, 26	30	81, 10	96	155, 7	68
32, 17	83	88, 31	73	162, 21	83
32, 20	34	92, 25	55	162, 27	68
36, 24	25	92, 28	12	Apul. met. III, 20	91
37, 17	25	95, 14	93		adn.
38, 28	25	99, 2	18		
39, 11	77	109, 8	32		

Henricus Ludovicus Carolus Stengel Bleicherodae Thuringiae die XXI mensis Octobris MDCCCLXXXIV Roberto patre, matre Hedvigia e gente Braun natus sum; pater iam pridem morte mihi erexitus est. Fidem profiteor evangelicanam; civis Borussus sum. Elementis litterarum in ludo Greizensi Rutheniae imbutus ibidem in gymnasium receptus sum anno MDCCXCIV. Examine, quod dicitur, maturitatis superato vere anni h. s. III. Ienam me contuli, ut antiquarum et germanicarum litterarum studiis me dederem. Simul stipendia feci. Autumno anno h. s. IV. Berolinum migravi, ubi examine superato magister palaestrarum factus sum. Vere anni VI. Marpurgum Cattorum adiui, cuius almae sedis doctrinae disciplina usus sum usque ad hunc diem. Examen rigoreosum Marpurgi die XI. mensis Novembris a. MCMVIII subi.

Docuerunt me professores clarissimi lenenses: Eucken, Hirzel, Michels, Schlosser. Berolinenses: Diels, Geiger, Helm, Hermann, Heusler, Imelmann, Kekulé de Stradonitz, Lasson, Paulsen (†), Roethe, E. Schmidt, M. Schmidt, Thomas, Vahlen, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorf, Woelflin. Marpurgenses: Birt, Cohen, Elster, Jenner, Kalbfleisch, Maass, Menzer, Mirbt, Natorp, Rade, Schücking, de Sybel, Thiele, Thumb, Vogt, Wrede. — Cum per tria semestria proseminario Berolinensi de Wilamowitzio directore, per unum Marpurgensi Maassio directore interfuissem, benignes professores doctissimi Birt, Maass, Kalbfleisch ipsius seminarii philologi aditum mihi patefecerunt; cuius hieme anni VI. et aestate anni VII. sodalis eram. Proseminarii germanici membrum eram ordinarium Roethio, Elstrogo, Voglio, Wredeo permittentibus. Exercitationibus seminarii germanici ut interessemembrum ordinarium Vogt, vir doctissimus, benignissime concessit. Praeterea exercitationibus suis me admiraverunt Cohen, Kekulé de Stradonitz, Natorp, Thiele, Thumb.

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago semperque habeo maximas, praeter ceteros autem Theodoro Birt, qui hoc ad opusculum conficiendum viam indicaverit neque umquam tractantem opera et consilio me adiuware destiterit.



